Aduiertese, que en el dia santo de Pascua y Pentecostes, donde huuiere Pila Baptifinal, se haze el Asperforio con el agua que se bendixo en ella el dia antes, auendosi tomado antes de echa. le el Olio santo, y el Chrisma.

Y auendosi dicho las Antiphonas arriba dichas (cada vna en el tiempo señala. lo) el Sacerdote que hizo el Asperforio del agua, buelto el rostro al Altar,

en

en pie en la grada del, juntas las manos, dize el
 ✠. Ostende nobis Domine misericordiam tuam:
 en el tiempo de Pascua se añade, alleluia. R. Et salu-
 tare tuum da nobis. ✠. Domine exaudi orationem
 meam. R. Et clamor meus ad te veniat. ✠. Domi-
 nus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Oratio. Oratio.

EXaudi nos, Domine sancte, Pater omnipotens,
 æterne Deus: & mittere digneris sanctum An-
 gelum tuum de cælis, qui custodiat, foueat, protegat,
 visitet, atque defendat omnes habitantes in hoc ha-
 bitaculo. Per Christum Dñm nostrum. R. Amen.

Despues de bendita el agua, podran los fieles
 llevar della para roziar los enfermos, sus casas, los
 campos, las viñas y otras cosas, y para guardarla en
 sus aposentos, para roziarse con ella cada dia mu-
 chas vezes.

EL ORDEN Y FORMA QUE
 se ha de tener y guardar para declarar à los
 fieles del pueblo, los dias que fueren
 Fiestas, y Ayunos.

Los Curas en la Misa Conuentual al tiempo
 del ofertorio en los Domingos, declararán al
 pueblo, y fieles de su Parroquia (por el Kalendario
 deste Manual) los dias que en cada semana del año
 corriente fueren Fiestas de guardar, y de Ayuno por

pre-

precepto de la santa madre Iglesia Romana, y deste
 Arçobispado, como quier q̄ sea, ò por loable costü-
 bre aprouada, ò por voto legitimo general, ò par-
 ticular de cada ciudad, villa, o lugar. Y podran tãbien
 declarar, y aduertir los demias dias de Fiestas de algu-
 nos Sãtos, à los quales se suele tener comũmente par-
 ticular deuociõ (aunq̄ no seã de guardar) en cada vna
 de las dichas ciudad, villa, o lugar, para q̄ los fieles se-
 pan en q̄ dia celebra la Iglesia estas Fiestas, y asì pue-
 dã cõplir cõ su deuociõ y afecto; para lo qual se pone
 el exẽplo de la semana q̄ empeçò Domingo à 6. del
 mes de Septiẽbre del año de 1626. en esta manera.

EL Lunes desta semana, que es vispera de la Na-
 tiuidad de la gloriosa siempre Virgen Maria, se
 ayuna por costũbre en este Arçobispado; y Martes si-
 guiente es su dia y fiesta, q̄ la santa Madre Iglesia mãda
 guardar. No ay otra cosa en particular de q̄ aduertir.

Los pecados mortales confessarlos han à sus Con-
 fessores, y por los veniales digan cõmigo la confesion.

Confessome à Dios todo poderoso, y a la bien-
 afortunada siempre Virgen Maria, y al bienaumentado san
 Iuan Baptista, y à los santos Apostoles S. Pedro, y S.
 Pablo, y à todos los Santos: y a vos Padre que pequè
 grauemente con el pensamiento, cõ la palabra, y cõ
 la obra, por mi culpa, por mi culpa, por mi gran cul-
 pa. Por tanto ruego à la bienaumentada siempre Vir-

B

gen

gen Maria, y al bienaventurado san Miguel Arcangel, y al bienaventurado S. Iuan Baptista, y à los santos Apostoles san Pedro, y san Pablo, y à todos los santos, y à vos Padre, q̄ rogueis por mi à Dios nuestro Señor. Y diga luego el Cura.

Mientras se celebra el Oficio diuino, rezarán tres vezes la oracion del Pater noster cō la del Aue Maria. El primero por la exaltacion, aumento, estado, y tranquilidad de la santa y vniuersal Iglesia nuestra madre, paz y concordia de los Principes Christianos, y extirpacion de las heregias; que nuestro Señor por su misericordia, y infinita bondad quiebre las fuerças de los enemigos, y los reduzga à su santa Fè Catolica, y traiga à su gremio a todos los demas q̄ estan fuera del. El segūdo por los que estan en pecado mortal, que Dios nuestro Señor los saque de tã mal estado, y les dè su gracia. El tercero por todos los q̄ estamos presentes; nuestro Señor q̄ nos junto aqui en este santo Tēplo, nos junte en su Reyno, quando el fuere seruido. Miētras hago la deprecaciō por los pecados veniales, digã: Bēdito y loado sea el dulcissimo nōbre de Iesus, y su santa Passiō (ò Resurreccion, segun el tiēpo). Misereatur vestri omnipotēs Deus, &c. Indulgentiam, absolutionem, &c. Y luego bendiga al pueblo, diciendo: Et benedictio Dei Patris omnipotentis, & Filij, & Spiritus sancti, sit super nos semper. Amen.

DE

DE IIS
QVÆ IN SACRAMENTORVM
ADMINISTRATIONE
GENERALITER SERVANDA SVNT.



Ita, quæ ex antiquis Catholicæ Ecclesiæ institutis, & sacrorum Canonum Summorumq; Pontificum decretis, de Sacramentorum ritibus ac caerimonijs hoc Libro præscribuntur, quæ par est diligentia ac religione custodiantur, & ubique fideliter seruentur; illud ante omnia scire & obseruare conuenit, quod Sacrosancta Tridentina Synodus de ijs ritibus decreuit in hæc verba:

Si quis dixerit, receptos & approbatos Ecclesiæ Catholicæ ritus in solemni Sacramentorum administratione adhiberi consuetos, aut contemni, aut sine peccato à ministris pro libito omitti, aut in nouos alios per quemcumque Ecclesiarum Pastorem mutari posse, anathema sit.

Cum igitur in Ecclesia Dei nihil sanctius aut utilius, nihilq; excellentius aut magis diuinum habeatur, quàm Sacramenta ad humani generis salutē à Christo Domino instituta; Parochus, vel quiuis alius Sacerdos, ad quem eorum administratio pertinet, memi-

Ses. 7.
Can.
13.

B 2

nisse

nisse in primis debet, se sancta tractare; atque omnifere temporis momento ad tam sancte administrationis officium paratum esse oportere.

Quamobrem illud perpetuo curabit, ut integrè, castè, pieque vitam agat: nam etsi Sacramenta ab impuris coinquinari non possunt, neque à prauis ministris eorum effectus impediri; impurè tamen & indignè ea ministrantes, in æternæ mortis reatum incurrunt. Sacerdos ergo si fuerit peccati mortalis sibi conscius (quod absit) ad Sacramentorum administrationem non audeat accedere, nisi prius corde pœniteat: sed si habeat copiam Confessarij, & temporis locique ratio ferat, conuenit confiteri.

Quacumque diei ac noctis hora ad Sacramenta ministranda vocabitur, nullam officio suo præstando (præsertim si necessitas urgeat) moram interponat. Ac propterea à populum sæpè, prout sese offeret occasio, præmonebit, ut cum sacro ministerio opus fuerit, se quamprimùm aduocet, nulla temporis aut cuiuscumque incommodi habita ratione.

Ipsè verò antequam ad huiusmodi administrationem accedat, paululùm, si opportunitas dabitur, orationi, & sacræ rei, quam acturus est, meditationi vacabit, atque ordinem ministrandi & cærimonias pro temporis spatio præuidebit & perleget.

Ideoquè curet Sacerdos Sacramenta administrare (prout suprà dictum est) cum conscientia pura, & sine

peccato

peccato mortali, & accedens supplex ad Altare, pro temporis opportunitate dicat.

Oratio.

A Desto Domine supplicationibus nostris: & me, qui etiam misericordia tua primus indigeo, clementer exaudi; & quem non electione meriti, sed dono gratiæ tuæ, constituisti huius operis ministrum; da fiduciam tui muneris exequendi, atque ipse in nostro ministerio, quod tuæ pietatis est, operare. Qui viuis & regnas, &c.

In omni Sacramentorum administratione superpelliceo sit indutus, & desuper stola eius coloris quem Sacramenti ritus exposcit, nisi in Sacramento Pœnitentiæ ministrando occasio, vel consuetudo, vel locus interdum aliter suadeat.

Adhibebit quoque unum saltem, si habeat, vel plures clericos, prout loci & Sacramenti ratio postulat, decenti habitu & superpelliceo pariter indutos.

Curabit etiam, ut sacra suppellex, vestes, ornamenta, linteamina, & vasa ministerij integra, nitidaque sint & munda.

In Sacramentorum administratione, eorum virtutem, usum, ac utilitatem, & cærimoniarum significationes, ut Concilium Tridentinum præcipit, ex sanctorum Patrum & Catechismi Romani doctrina, ubi commodè fieri poterit, diligenter explicabit.

Dum Sacramentum aliquod ministrat, singula

B 3

verba

verba, quæ ad illius formam & ministerium pertinet, attentè, distinctè, & piè, atque clara voce pronuntiabit. Similiter & alias Orationes & Preces deuotè ac religiosè dicet; nec memoriæ, quæ plerumque labitur, facile confidet; sed omnia recitabit ex libro. Reliquas præterea cærimonias ac ritus ita decenter grauique actione peraget, ut adstantes ad cælestium rerum cogitationem erigat & attentos reddat.

Ad ministrandum procedens, rei quam tractaturus est, intentus sit, nec de ijs, quæ ad ipsam non pertinent, quidquam cum alio colloquatur; in ipsaque administratione actuali attentionem habere studeat, vel saltem virtualem, cum intentione faciendi quod in eo facit Ecclesia.

Illud porro diligenter caueat, ne in Sacramentorû administratione aliquid quauis de causa vel occasione, directè vel indirectè, exigat aut petat; sed ea gratis ministret, & ab omni Simoniæ atque auaritiæ suspicionem, nedum crimine, longissimè absit. Si quid verò nomine eleëmofynæ, aut deuotionis studio, peracto iam Sacramento, sponte à fidelibus offeratur, id licitè pro consuetudine locorum accipere poterit, nisi aliter Ordinario videatur.

Fidelibus alienæ parochiæ Sacramenta non ministrabit, nisi necessitatis causa, vel de licentia Parochi, seu Ordinarij.

Omnes autem qui Sacramenta suscipiunt, loco &

tem-

tempore opportuno monebit, ut remoto inani colloquio, & habitu actuque indecenti, piè ac deuotè Sacramentis intersint, & ea quæ par est reuerentia suscipiant.

Librum hunc Manualem (ubi opus fuerit) semper cum ministrabit, secum habebit, ritusque & cærimonias in eo præscriptas diligenter seruabit.

Ceterum illorum tantum Sacramentorum, quorum administratio ad Parochos pertinet, ritus hoc Opere præscribuntur; cuiusmodi sunt Baptismus, Pœnitentia, Eucharistia, Extrema unctio, & Matrimonium. Reliqua verò duo Sacramenta Cõfirmationis & Ordinis, cum propria sint Episcoporum, ritus suos habent in Põtificali præscriptos. Et ea, quæ de ijs atque alijs Sacramentis scire, seruare, & docere Parochi debent, cum ex alijs libris, tum præcipuè ex Catechismo Romano sumi possunt. Siquidem hic de ijs ferè tantum agere instituti operis ratio postulat, quæ ad ipsorum quinque Sacramentorum ritus pertinent.

Postremò, quisquis Sacramenta administrare tenetur, habeat libros necessarios ad officium suum pertinentes, eosque præsertim, in quibus necessariæ parochialium functionum notæ ad futuram rei memoriam describuntur.

DE

DE
SACRAMENTO BAPTISMI
RITE ADMINISTRANDO.



SACRUM Baptisma, Christianæ religionis & æternæ vitæ ianuam, quod inter alia novæ Legis Sacramenta à CHRISTO instituta primum tenet locum, cunctis ad salutem necessarium esse, ipsa Veritas testatur illis verbis: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Itaque summa ad illud opportunè riteq; administrandum ac suscipiendum diligentia adhibenda est.

Cum autem ad hoc Sacramentum conferendum alia sint de iure diuino absolutè necessaria, ut materia, forma, minister; alia ad illius solemnitatem pertineant, ut ritus ac cerimonia, quas ex Apostolica & antiquissima traditione acceptas & approbatas, nisi necessitatis causa, omittere non licet; de ijs aliqua præmonenda sunt, ut sacrum hoc ministerium ritè ac sanctè peragatur.

De materia Baptismi.

AC Primum intelligat Parochus, cum huius Sacramenti materia sit aqua vera ac naturalis, nullum alium liquorem ad id adhiberi posse.

Aqua verò solemniter Baptismi sit eo anno benedicta in Sabbato sancto Paschatis, vel Sabbato Pentecostes, quæ in Fonte mundo nitida & pura diligenter conseruetur: & hæc, quando noua benedicenda est, in Ecclesia, vel potius Baptisteryj sacrarium effundatur.

Si Aqua benedicta tam imminuta sit, ut minus sufficere videatur, alia non benedicta admisceri potest, in minori tamen quantitate.

Si

Si verò corrupta fuerit, aut effluxerit, aut quouis modo defecerit, Parochus in Fontem benè mundatum ac nitidum recentem aquam infundat, eamq; benedicat ex formula quæ infra præscribitur.

Sed si aqua congelata sit, curetur ut liquefiat; sin autem ex parte congelata sit, aut nimium frigida, poterit parum aquæ naturalis non benedictæ calefacere, & admiscere aquæ baptismali in vasculo ad id parato, & ea tepefaçta ad baptizandum uti, ne noceat infantulo.

De forma Baptismi.

Quoniam Baptismi forma his verbis expressa; Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, omnino necessaria est; idè eam nullo modo licet mutare, sed eadem verba uno & eodem tempore, quo fit ablutio, pronuntianda sunt.

Latinus Presbyter Latina forma semper utatur.

Cum Baptismum iterare nullo modo liceat, si quis sub conditione, de quo infra, sit baptizandus, ea conditio explicanda est, hoc modo: Si non es baptizatus, ego te baptizo in nomine Patris, &c. Hac tamen conditionali forma non passim, aut leuiter uti licet; sed prudenter, & ubi re diligenter peruestigata, probabilis subest dubitatio, infantem non fuisse baptizatum.

Baptismus licet fieri possit aut per infusionem aquæ, aut per immersionem, aut per aspersionem; primus tamen vel secundus modus, qui magis sunt in usu, pro Ecclesiarum consuetudine retineantur; ita ut trina ablutione caput baptizandi perfundatur, vel immergatur in modum Crucis uno & eodem tempore quo verba proferuntur, & idem sit aquam adhibens, & verba pronuntians.

Quia in hoc Archiepiscopatu Baptismus fit per infusionem aquæ, cauendum est, ne aqua ex infantis capite in Fontem, sed vel in Sacrarium Baptisteryj prope ipsum Fontem extructum defluat, aut

C

in

in aliquo vase, ad hunc usum parato, recepta, in ipsius Baptistery vel in Ecclesiæ Sacrarium effundatur.

De ministro Baptismi.

LEgitimus quidem Baptismi minister est Parochus, vel alius Sacerdos à Parocho vel ab Ordinario loci delegatus; sed quoties infans aut adultus versatur in vitæ periculo, potest sine solemnitate à quocumque baptizari in qualibet lingua, siue clerico siue laico etiam excommunicato, siue fidei siue infidei, siue Catholico siue hæretico, siue viro siue femina; seruata tamen forma & intentione Ecclesiæ.

Sed si adsit Sacerdos, Diacono præferatur, Diaconus Subdiacono, clericus laico, & vir femina; nisi pudoris gratia deceat feminam potius quam virum baptizare infantem nõ omnino editum, vel nisi melius femina sciret formam & modum baptizandi. Quapropter curare debet Parochus, ut fideles, præsertim obstetrices, rectum baptizandi ritum probè teneant & seruent.

Pater aut mater propriam prolem baptizare non debet, præterquam in mortis articulo, quando alius non reperitur qui baptizet; neque tunc ullam contrahunt cognationem, quæ matrimonij usum impediatur.

De baptizandis paruulis.

Opportunè Parochus hortetur eos, ad quos ea cura pertinet, ut natos infantes siue baptizandos, siue baptizatos, quamprimùm fieri poterit, & qua decet Christiana modestia sine pompa vanitate deferant ad Ecclesiam, ne illis Sacramentum tantopere necessarium nimium differatur cum periculo salutis, & ut ijs, qui ex necessitate priuatim baptizati sunt, consuetæ ceremoniæ ritusque suppleantur, ommissa forma & ablutione.

Nemo in utero matris clausus baptizari debet. Sed si infans caput emiserit, & periculum mortis immineat, baptizetur in capite; nec postea si viuus euaserit, erit iterum baptizandus. At si aliud membrum emiserit, quod vitalem indicet motum, in illo,

si pe-

si periculum impendeat, baptizetur; & tunc si natus vixerit, erit sub conditione baptizandus, eo modo quo supra dictum est: Si nõ es baptizatus, ego te baptizo in nomine Patris, &c. Si verò ita baptizatus deinde mortuus prodierit ex utero, debet in loco sacro sepeliri.

Si mater prægnans mortua fuerit, fœtus quamprimùm caute extrahatur, ac si viuus fuerit, baptizetur; si fuerit mortuus, & baptizari non potuerit, in loco sacro sepeliri non debet.

Infantes expositi, & inuenti, si re diligenter inuestigata de eorum Baptismo non constat, sub conditione baptizentur.

In monstris verò baptizandis, si casus eueniat, magna cautio adhibenda est: de quo, si opus fuerit, Ordinarius loci, vel alij periti consulantur, nisi mortis periculum immineat.

Monstrum quod humanam speciem non præferat, baptizari non debet: de quo si dubium fuerit, baptizetur sub hac conditione: Si tu es homo, ego te baptizo, &c.

Illud verò, de quo dubium est, una ne aut plures sint personæ, non baptizetur, donec id discernatur. Discerni autem potest, si habeat unum vel plura capita, unum vel plura pectora: tunc enim totidem erunt corda, & animæ, hominesque distincti, & eo casu singuli seorsum sunt baptizandi, unicuique dicendo: Ego te baptizo, &c. Si verò periculum mortis immineat, tempusque non suppetat, ut singuli separatim baptizentur, poterit minister singulorum capitibus aquam infundens omnes simul baptizare, dicendo: Ego vos baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Quam tamen formam in ijs solum, & in alijs similibus mortis periculis ad plures simul baptizandos, & ubi tempus non patitur, ut singuli separatim baptizentur, aliàs numquam licet adhibere.

Quando verò non est certum in monstro esse duas personas, ut quia duo capita & duo pectora non habet benè distincta, tunc debet primùm unus absolutè baptizari, & postea alter sub condi-

C 2

tione,

tione, hoc modo: Si non es baptizatus, ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.

De Patrinis.

Parochus antequam ad baptizandum accedat, ab ijs, ad quos spectat, exquirat diligenter, quem, vel quos Susceptores seu Patrinos elegerint, qui infantem de sacro Fonte suscipiant, ne plures quam liceat, aut indignos vel ineptos admittat.

Patrinus unus tantum, siue vir siue mulier, vel ad summum unus & una adhibeantur ex decreto Concilij Tridentini: sed simul non admittantur duo viri, aut duae mulieres, neque ipsius baptizandi pater aut mater.

Hos autem Patrinos saltem in aetate pubertatis, ac Sacramento Confirmationis consignatos esse maxime convenit.

Sciant praeterea Parochi, ad hoc munus non esse admittendos infideles, aut hereticos, non publice excommunicatos aut interdictos, non publice criminosos aut infames, nec praeterea qui sanctamente non sunt, nec qui ignorant rudimenta Fidei: haec enim Patrini spirituales filios suos, quos de Baptismi Fonte susceperint, ubi opus fuerit, opportunè docere tenentur.

Praeterea ad hoc etiam admitti non debent Monachi vel Saeculariales, neque alij cuiusvis Ordinis Regulares à saeculo segregati.

De tempore & loco administrandi Baptismum.

Quamvis Baptismus quovis tempore, etiam interdicti & cessationis à divinis, praesertim si urgeat necessitas, conferri possit; tamen duo potissimum ex antiquissimo Ecclesiae ritu sacri sunt dies, in quibus solemni caerimonia hoc Sacramentum administrari maxime convenit: nempe Sabbatum sanctum Pascha, & Sabbatum Pentecostes, quibus diebus Baptismalis Fontis aqua ritè consecratur. Quem ritum, quantum fieri commode potest, in adultis baptizandis, nisi vitae periculum imminet, retineri decet, aut certe non omnino praetermitti. praecipue in Metropolitanis aut Cathedralibus Ecclesijs.

Ac

Ac licet urgeat necessitate, ubique baptizare nihil impediatur, tamen proprius Baptismi administrandi locus est Ecclesia, in qua sit Fons Baptismalis, vel certe Baptisterium prope Ecclesiam.

Itaque, necessitate excepta, in privatis locis nemo baptizari debet, nisi forte sint Regum aut magnorum Principum filij, id ipsi ita deposcentibus, dummodò id fiat in eorum Cappellis, seu Oratorijs, & in aqua Baptismali de more benedicta.

Baptisterium sit decenti loco & forma, materiaque solida, & quae aquam bene contineat, decenter ornatum, & cancellis circumseptum, sera & clave munitum, atque ita obsecratum, ut pulvis vel aliae sordes intro non penetrent: in eoque, ubi commode fieri potest, depingatur imago sancti Ioannis Christum baptizantis.

De sacris Oleis, & alijs requisitis.

Sacrum Chrisma, & sanctum Oleum, quod & Catechumenorum dicitur, quorum usus est in Baptismo, eodem anno sint ab Episcopo de more benedicta Feria quinta in Caena Domini.

Curet Parochus, ut ea suo tempore quam primum habeat, & tunc vetera in Ecclesia comburat.

Veteribus Oleis, nisi necessitas cogat, ultra annum non utatur; ac si deficere videantur, & Chrisma, aut Oleum benedictum haberi non possit, aliud oleum de olivis non benedictum adijciatur, sed in minori quantitate.

Chrisma & Oleum sacrum sint in suis vasculis argenteis, aut saltem stanneis bene obturatis: quae vascula sint inter se distincta, & propriam unumquodque inscriptionem habeat maiusculis litteris incisam, ne quis error committatur.

Ad usum verò quotidianum minora habeantur vascula ex argento, si fieri potest, aut stanno; siue separata, siue etiam cointerecta; aptè tamen distincta, & bene cooperta, & cum suis inscriptionibus ut supra, ne Parochus aberret, & unum pro altero summat, quod cauere debet diligenter.

In ea igitur ex maioribus vasculis Chrysmatis & Olei, quod

C. 3

suffi

sufficiat, infundatur, atque ut effusionis periculum caueatur, commodum erit in his vasculis bombacium seu quid simile habere, Oleo sacro & Chrismate separatim perfusum, in que pollex, cum opus est, ad inungendum immittatur.

Hec vascula ita parata, in loco proprio, honesto, ac mūdo, sub claue ac tuta custodia decenter asseruetur, ne ab aliquo nisi à Sacerdote temerè tangantur, aut eis sacrilegè quispiam abuti possit.

Parochus quātum fieri potest, curet, ne per laicos, sed per se vel per alium Sacerdotem, vel saltem per alium Ecclesie ministrum hec Olea deferantur: caueat item ne de ijs quidquam ulli unquam tribuat, cuiusvis rei pretextu.

Sal, quod in os baptizandi immittendum est, sit benedictum sua peculiari benedictione, que infra prescribitur; neque utatur sale exorcizato ad benedicendum aquam; sitque prius benè confractum & attritum, siccum ac mundum. Sal ita benedictum nemini tradatur, neque etiam ijs, qui benedicendum attulerint, reddatur; sed ad alios baptizandos seruetur, aut in Sacrarium abijciatur.

Cum igitur Baptismi Sacramentum iam administrandum est, hec in promptu esse debent.

Vascula sacri Olei Catechumenorum, & Chrismatis.

Vasculū cū sale benedicendo, vel iam, ut dictū est, benedicto.

Vasculum, seu cochleare ex argēto, vel alio metallo nitidum, ad aquam Baptismi fundendam supra caput baptizandi, quod nulli prater eā alij usui deseruiat.

Peluis, seu bacile ad excipiendam aquam ex capite defluentem, nisi statim in Sacrarium defluat.

Gossipium, alio nomine bombacium, seu quid simile, ad abstergenda loca sacris Oleis inuncta.

Stola due, ubi commodè haberi possunt, una violacea, & altera alba, ut infra notatur, mutanda; sin minus, una saltem adhibeatur.

Medulla panis, qua inuncti Sacerdotis digiti, cum manus lauat, abstergantur, & vas pro manuum lotionē post Baptismum, quod huic tantum usui deseruire decet.

Alba vestis in modum pallioli, seu linteolum candidum infantis capiti imponendum.

Cereus, seu candela cerea baptizato ardens tradenda.

Hic deniq; Manualis liber sit paratus, & item liber Baptismalis, in quo baptizati describuntur.

Omnibus igitur opportunè preparatis, Sacerdos ad tanti Sacramenti administrationem, lotis manibus, superpelliceo & stola violacea indutus accedat, clericum unū, seu plures, si potest, secum adhibeat, superpelliceo pariter indutos, qui sibi ministrent.

Ita paratus accedat ad limen Ecclesie, ubi foris expectant qui infantem detulerunt.

Interroget (nisi de his benè sibi constet) an sit sue Parochie, masculus an femina, an sit domi baptizatus, & à quo, & quā ritè, & qui sint Compatres qui infantem teneant, pro eoque respondeant; quos piè ac decenter assistere, ac, prout opus fuerit, pro baptizando ad interrogationes respondere admoneat.

Et quoniam ijs qui baptizantur, tanquam Dei filijs in Christo regenerandis, & in eius militiam adscribendis, nomē imponitur, curet, ne obscena, fabulosa, aut ridicula, vel inanium deorum, vel impiorum Ethnicorum hominum nomina imponantur; sed potius, quatenus fieri potest, Sanctorum; quorum exemplis fideles ad piè viuendum excitentur, & patrocinijs protegantur.

ORDEN Y FORMA PARA BENDEZIR EL

agua de la Pila Baptismal, quando faltare entre año la que se confagrò en los Sabados de Pascua y Pentecostes, y fuere añeja la vltima que se bendixo.



Primera mēte se ha de lauar y limpiar la Pila, ò el Vaso donde se fuele poner el agua, y luego se ha de llenar de la mas limpia. Y hecho asì, el Sacerdote que la ha de bendezir, irà à ella, acompañado de los Clerigos; ò otros Sacerdotes, con la Cruz y ciriales delante, y tambien cō el Incensario, y con las Chrismeras en que se guarda el sagrado Chrisma, y el Olio santo de los Catecumenos; y auiendo llegado à la Pila, si huuiere Altar alli delante del, y si no delante della, dirà la Letania ordinaria, segun se contiene en el Breuiario Romano, al fin de los siete Psalmos Penitēciales. Y antes del ψ . Vt nos exaudire digneris, dirà dos vezes este ψ . Vt Fontem istum ad regenerandam tibi nouam prolem benedicere, & consecrare digneris; Te rogamus audi nos.

Podrase tambien dezir en lugar de la Letania ordinaria, arriba citada, otra mas breue que pone el

Missa

Missa Romano en el Oficio del Sabado santo, la qual se ha puesto aqui, para mayor comodidad del Sacerdote que la ha de bendezir.

LITANIÆ.

K yrie eleison.

Christe eleison.

K yrie eleison.

Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Pater de Cælis Deus,

Fili redemptor mundi Deus,

Spiritus sancte Deus,

Sancta Trinitas vnus Deus,

Sancta Maria,

Sancta Dei genitrix,

Sancta Virgo virginum,

Sancte Michael,

Sancte Gabriel,

Sancte Raphael,

Omnes sancti Angeli & Archægeli Domini, Orate.

Omnes sancti beatorum Spirituum ordines, orate.

Sancte Ioannes Baptista,

Omnes sancti Patriarchæ & Prophetæ,

Sancte Petre,

Sancte Paule,

Miserere nobis.

Miserere nobis.

Miserere nobis.

Miserere nobis.

Ora pro nobis.

ora.

ora.

ora.

ora.

ora.

ora.

ora.

ora.

ora.

ora.

ora.

D

San-

S ancte Andrea,	ora.
S ancte Ioannes,	ora.
O mnes sancti Apostoli & Euangelistæ,	orate.
O mnes sancti Discipuli Domini,	orate.
S ancte Cæcili,	orate.
S ancte Hisci,	ora.
S ancte Thesiphon,	ora.
S ancte Stephane,	ora.
S ancte Laurenti,	ora.
S ancte Vincenti,	ora.
O mnes sancti Martyres,	orate.
S ancte Siluester,	ora.
S ancte Gregori,	ora.
S ancte Augustine,	ora.
O mnes sancti Pontifices & Confessores,	orate.
O mnes sancti Doctores,	orate.
S ancte Antoni,	ora.
S ancte Benedicte,	ora.
S ancte Dominice,	ora.
S ancte Franciscæ,	ora.
O mnes sancti Sacerdotes & Leuitæ,	orate.
O mnes sancti Monachi & Eremitæ,	orate.
S ancta Maria Magdalena,	ora.
S ancta Agnes,	ora.
S ancta Cæcilia,	ora.
S ancta Agatha,	ora.
S ancta Anastasia,	ora.
O m-	

O mnes sanctæ Virgines & Viduæ,	Orate.
O mnes sancti & sanctæ Dei, intercedite pro nobis.	
Propitius esto,	parce nobis Domine.
Propitius esto,	exaudi nos Domine.
A b omni malo,	libera nos Domine.
A b omni peccato,	libera nos.
A morte perpetua,	libera.
P er mysterium sanctæ Incarnationis tuæ,	libera.
P er Aduentum tuum,	libera.
P er Natiuitatem tuam,	libera.
P er Baptismum & sanctum Ieiunium tuum,	libera.
P er Crucem & Passionē tuam,	libera nos Domine.
P er Mortem & Sepulturam tuam,	libera nos.
P er sanctam Resurrectionem tuam,	libera nos.
P er admirabilem Ascensionem tuam,	libera nos.
P er aduentum Spiritus sancti paracliti,	libera.
I n die iudicij,	libera.
P eccatores,	te rogamus audi nos.
V t nobis parcas,	te rogamus.
V t Ecclesiam tuam sanctam regere & conseruare digneris,	te rogamus.
V t Domnum Apostolicum & omnes Ecclesiasticos ordines in sancta religione conseruare digneris,	te rogamus.
V t inimicos sanctæ Ecclesiæ humiliare digneris,	te rogamus.
V t Regibus & Principibus Christianis pacem & ve-	

ram concordiam donare digneris, te rogamus.
Vt nos metipfos in tuo sancto seruitio confortare &
 conseruare digneris, te rogamus.
Vt omnibus benefactoribus nostris sempiterna bo-
 na retribuas, te rogamus.
Vt fructus terræ dare & conseruare digneris, te ro-
 gamus audi nos.
Vt omnibus fidelibus defunctis requiem æternam
 donare digneris, te rogamus.
Vt Fontem istum ad regenerandam tibi nouā pro-
 lem benedicere ✠ & consecrare ✠ digneris; te
 rogamus audi nos.

Y se repite otra vez.

Vt nos exaudire digneris, te rogamus audi nos.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, parce nobis
 Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos
 Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mūdi, miserere nobis.
Christe audi nos.
Christe exaudi nos.
Kyrie eleison.
Christe eleison.
Kyrie eleison.

Y luego dize el Sacerdote, Pater noster, &c. Y
 despues Credo in Deum. Y se prosigue en voz clara
 hasta el fin, y acabado dize.

ψ. Apud

ψ. Apud te Domine est fons vitæ. R. Et in lumine
 tuo videbimus lumē. ψ. Domine exaudi orationem
 meam. R. Et clamor meus ad te veniat. ψ. Domi-
 nus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens sempiterne Deus, adesto magnæ
 pietatis tuæ mysterijs, adesto Sacramentis, &
 ad recreandos novos populos, quos tibi Fons Baptif-
 matis parturit, spiritum adoptionis emitte: vt quod
 nostræ humilitatis gerendum est ministerio, virtutis
 tuæ impleatur effectu. Per Dominū nostrum IESVM
 Christum Filium tuum, qui tecum viuit & regnat in
 vnitate eiusdem Spiritus sancti Deus: per omnia sæ-
 cula sæculorum. R. Amen.

Exorcismo del agua.

EXorcizo te creatura aquæ, per Deum viuum
 ✠ per Deum sanctum ✠ per Deum, qui te in
 principio, verbo separauit ab arida, cuius super te spi-
 ritus ferebatur, qui te de paradiso manare iussit.
 Aqui diuide el agua con la mano, y echa vn poco
 della fuera de la Pila házia las quatro partes del mū-
 do: y prosigue. Et in quatuor fluminibus totam ter-
 ram rigare præcepit: qui te in deserto amaram per
 lignum dulcem fecit atque potabilem; qui te de pe-
 tra produxit, vt populum, quem ex Ægypto libera-

D 3

uerat,

uerat, siti fatigatum recrearet. Exorcizo te, & per IESVM Christum Filium eius vnicum, Dominū nostrum, qui te in Cana Galilææ signo admirabili sua potentia conuertit in vinū: qui super te pedibus ambulauit, & à Ioanne in Iordane in te baptizatus est: qui te vnā cum sanguine de latere suo produxit, & discipulis suis iussit, vt credentes baptizarent in te, dicens: Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti; vt efficiaris aqua sancta, aqua benedicta, aqua, quæ lauat sordes, & mundat peccata. Tibi igitur præcipio omnis spiritus immunde, omne phantasma, omne mendacium, eradicare & effugare ab hac creatura aquæ, vt qui in ipsa baptizandi erunt, fiat eis fons aquæ salientis in vitam æternam, regenerans eos Deo Patri, & Filio, & Spiritui sancto, in nomine eiusdem Domini nostri IESV Christi, qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & sæculum per ignem. R. Amen.

Oramus.

Oratio.

Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, aquarum spiritualium sanctificator, te suppliciter deprecamur, vt ad hoc ministerium humilitatis nostræ respicere digneris, & super has aquas abluendis & purificandis hominibus præparatas, Angelum sanctitatis emittas, quo peccatis vitæ prioris ablutis, reatuque deterfo, purum sancto Spiritui habitaculum regenerati effici mereantur. Per Domi-

num

num nostrum IESVM Christum Filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitatem eiusdem Spiritus sancti Deus: per omnia sæcula sæculorum. R. Amen.

En acabando de responder Amen, sopla tres vezes en el agua házia tres partes, conforme la disposicion desta figura ✠: y despues pone inciēso en el incensario, y incienfa la Pila; luego echa del Olio santo de los Cathecumenos en el agua en forma de Cruz, diciendo en voz clara: Sanctificetur, & fecundetur Fōs iste Olio salutis renascētibus ex eo in vitā æternam, in nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ sancti. R. Amen.

Despues echa en ella del Chrisma sagrado en la misma forma de Cruz, diciendo: Infusio Chriftatis Domini IESV Christi, & Spiritus sancti paracliti, fiat in nomine sanctæ Trinitatis. R. Amen.

Luego echa en ella asimismo Olio y Chrisma juntamente, en la misma forma de Cruz, diciendo: Comixtio Chriftatis sanctificationis, & Olei vntionis, & aquæ Baptismatis pariter fiat in nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ sancti. R. Amen.

Auiendo respōdido Amen dexa las Chrimeras, y con la mano derecha rebuelue, y mezcla el Olio y Chrisma, que derramò en el agua, esparciēdo los por toda la Pila. Luego despues se limpia la mano derecha con vn migajon de pan; y si se huuiere entonces de baptizar alguno, le baptiza, segun el ritu y forma

deste

deste Manual: pero si no huuiere à quien baptizar, lauase luego ambas manos, y despues de lauadas echa aquella agua del lauatorio en la Piscina, que es el lugar donde se consume la baptismal añeja, que los Canones llamaron Sacrarium.

ORDEN PARA BAPTIZAR LAS CRIATURAS.

EL Sacerdote que ha de administrar el Baptismo, sabido primero el nombre de la criatura, y puesta sobre el brazo derecho del Padrino, que ha de esperar con ella delante la puerta de la Iglesia, auiendo primero preuenido todo lo necesario, como arriba se ha aduertido, empezará preguntando al Padrino, en la forma siguiente.

N Quid petis ab Ecclesia Dei? El Padrino responde: Fidem. El Sacerdote: Fides quid tibi præstat? El Padrino resp. Vitam æternam. El Sacerd. Si igitur vis ad vitam ingredi, serua mandata: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & proximum tuum sicut te ipsum. Luego sopla blandamente tres vezes en el rostro de la criatura; y dice vna vez: Exi ab eo, ò ab ea, immunde spiritus, & da

locum

locum Spiritui sancto paraclito. Despues haze la señal de la ✠ con el pulgar en la frente y pecho de la criatura, diciendo: Accipe signum Crucis tam in fronte ✠ quàm in corde ✠, sume fidem cælestium præceptorum, & talis esto moribus, vt templum Dei iam esse possis. **O** remus.

P Reces nostras, quæsumus Domine, clementer exaudi: & hunc electum tuum N. Crucis Dominicæ impressione signatum perpetua virtute custodi, vt magnitudinis gloriæ tuæ rudimenta seruâs, per custodiam mandatorum tuorum ad regenerationis gloriam peruenire mereatur. Per Christum Dominum nostrum. **R.** Amen.

Luego pone la mano sobre la cabeça de la criatura, y dice: *Si esta bautizada se ha a fol. 72. y resp.*

O remus.

OMnipotens sempiternus Deus, Pater Domini nostri IESV Christi, respicere dignare super hunc famulum tuum N. quem ad rudimenta fidei vocare dignatus es: omnem cæcitatem cordis ab eo expelle: dirumpe omnes laqueos satanæ, quibus fuerat colligatus: aperi ei Domine ianuam pietatis tuæ, vt signo sapientiæ tuæ imbutus, omnium cupiditatum foetoribus careat, & ad suauem odorem præceptorum tuorum lætus tibi in Ecclesia tua deseruiat, & proficiat de die in diem. Per eundem Christum Dominum nostrum. **R.** Amen.

E

Luego

Luego el Sacerdote bendize la sal, y podra vsar de la que se bendixo para otros Baptismos.

Bendicion de la sal.

Exorcizo te creatura salis, in nomine Dei Patris Omnipotentis ✠, & in charitate Domini nostri IESV Christi ✠, & in virtute Spiritus sancti ✠. Exorcizo te per Deum viuum ✠, per Deum verum ✠, per Deum sanctum ✠, per Deum ✠ qui te ad tutelam humani generis procreauit, & populo venienti ad credulitatem per seruos suos consecrari præcepit, vt in nomine sanctæ Trinitatis efficiaris salutare Sacramentum ad effugandum inimicum. Proinde rogamus te Domine Deus noster, vt hanc creaturam salis sanctificando sanctifices ✠, & benedicendo benedicas ✠, vt fiat omnibus accipientibus perfecta medicina, permanens in visceribus eorum, in nomine eiusdem Domini nostri IESV Christi, qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & sæculum per ignem. R. Amen.

Aqui pone vn poco de sal bendita en la boca de la criatura, diciendo: N. Accipe salem sapientiæ: propitiatio sit tibi in vitam æternam. R. Amen. Sacer. Pax tecum. R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Deus Patrum nostrorum, Deus vniuersæ conditor veritatis, te supplices exoramus, vt hunc

famu-

famulum tuum N. respicere digneris propitius, & hoc primum pabulum salis gustantem, non diutiùs esurire permittas, quò minùs cibo expleatur cælesti, quatenus sit semper spiritu feruens, spe gaudens, tuo semper nomini seruiens. Perduc eum Domine, quæsumus, ad nouæ regenerationis lauacrum, vt cum fidelibus tuis promissionum tuarum æterna præmia consequi mereatur. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Exorcizo te immunde spiritus in nomine Patris ✠, & Filij ✠, & Spiritus sancti ✠, vt exeas, & recedas ab hoc famulo Dei N. Ipse enim tibi imperat, maledicte damnate, qui pedibus super mare ambulauit, & Petro mergenti dexteram porrexit.

Ergo maledicte diabole, recognosce sententiam tuam, & da honorem Deo viuo & vero, da honorem IESV Christo Filio eius, & Spiritui sancto, & recede ab hoc famulo Dei N. quia istum sibi Deus & Dominus noster IESVS Christus ad suam sanctam gratiam, & benedictionem, Fontemque Baptismatis vocare dignatus est. Aqui haze la seña de la Cruz en la frente de la criatura, diciendo:

Et hoc signum sanctæ Crucis ✠ quod nos fronti eius damus, tu maledicte diabole nūquã audeas violare. Per eundem Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Luego pone la mano sobre la cabeça de la criatura, y dice.

E 2

Ore-

O remus.

A Eternam ac iustissimam pietatem tuam deprecor, Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, auctor luminis & veritatis, super hunc famulum tuum **N.** vt digneris illum illuminare lumine intelligentiæ tuæ: munda eum, & sanctifica: da ei sciētiam veram, vt dignus gratia Baptismi tui effectus, teneat firmam spem, consilium rectum, doctrinam sanctā. Per Christum Dominum nostrum. **R.** Amen.

Despues el Sacerdote puesta la estremidad de la estola sobre la criatura, la entra en la Iglesia, diciendo:

N. Ingredere in templum Dei, vt habeas partem cum Christo in vitam æternam. **R.** Amen.

Auiendola entrado en la Iglesia, el Sacerdote caminando à la Pila, dize cō los Padrinos en voz clara el **Credo**, como se sigue:

Credo in Deum, Patrem omnipotentem, creatorem cæli & terræ. Et in Iesum Christum, filium eius vnicum, Dominum nostrum: qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria virgine: passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus: descendit ad inferos; tertia die resurrexit à mortuis: ascendit ad cælos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis: inde venturus est iudicare viuos & mortuos. Credo in Spiritum sanctum, sanctam Ecclesiam Catholicam, Sanctorum communionem,

remif-

remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, vitam æternam, Amen. Y luego el Padre nuestro.

Pater noster, qui es in cælis: sanctificetur nomen tuum: adueniat regnum tuum: fiat voluntas tua, sicut in cælo, & in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie: & dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem: sed libera nos à malo, Amen.

Y antes que llegue à la Pila, dize este Exorcismo.

EXORCISMVS.

EXorcizo te omnis spiritus immunde, in nomine Dei Patris omnipotentis ✠, & in nomine IESV Christi filij eius, Domini & Iudicis nostri ✠, & in virtute Spiritus sancti ✠, vt discedas ab hoc plasmate Dei **N.** quod Dominus noster ad templum sanctum suum vocare dignatus est, vt fiat templum Dei viui, & Spiritus sanctus habitet in eo. Per eundem Christum Dominum nostrum, qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & sæculum per ignem. **R.** Amen.

Aqui el Sacerdote toma con el dedo salua de su boca, y con ella toca los oídos y narizes de la criatura. y tocandole el oído diestro y siniestro, dize:

Ephphetha, quod est Adaperire. Luego le toca

las narizes, diciendo: In odorem suauitatis. Tu autem effugare diabole, appropinquabit enim iudiciū Dei.

Admonicion.

Considerad diligentemente (hermanos) que es lo que aqui hazemos. Celebramos el Sacramento del baptismo, que es en el ordē de los Sacramentos, el primero; y en la dignidad y excelencia, es grande, y que sin el ninguna persona puede alcançar salud, segun la sentencia del Salvador, que dixo à sus Apostoles: Id, enseñad todas las gētes, y baptizaldos en nombre del Padre, y del Hijo, y del Espiritu santo; el que creyere, y fuere baptizado, serà saluo; el que no creyere, serà cōdenado. Por el baptismo de agua, y de espirtu, somos reengendrados en nueua vida. El es la puerta de todos los Sacramentos, y libra el alma de los males que son verdaderos, y grandes males, y acrecienta el caudal de los bienes. Porque todo pecado, ora sea original, y primero, agora sea actual, por graue, y enorme que sea, se perdona por la virtud y eficacia deste Sacramento. Y la virtud desta admirable agua, no solo quita la culpa del pecado, sino tambien por ella se perdona toda la pena, que por el se deuia. El alma se llena de gracia diuina, por la qual, hechos justos, y hijos de Dios, somos nōbrados por herederos de la vida eterna. Llegase à estos bienes.

nes otro, que es el ornamēto de las virtudes, que entra acompañando à la gracia, con q̄ el alma se viste, y atauia, y se junta, è incorpora el baptizado con su cabeça, q̄ es Christo nuestro Señor, hecho miembro del cuerpo mystico de la Iglesia, en la qual, el como cabeça preside, y de alli manan como de viua, y perpetua fuente, la gracia, y todos los celestiales bienes: y sale vna promptitud, y habilidad grande, para cumplir todas las obras de la vida Christiana. Y tambien se nos imprime en el alma vna señal, como ouejas del rebaño de Christo; la qual, como no se pueda cō ninguna fuerça humana borrar, haze este efeto, que el Sacramento del Baptismo vna vez recebido, no se pueda, ni deua reiterar; y finalmēte nos abre la puerta del cielo, que estaua cerrada por el pecado, para q̄ entrando en la gloria, gustemos de la vida bienauenturada, agena de todas miserias.

H azense ceremonias muchas, y graues en la administracion del Baptismo, por institucion de los sagrados Apostoles, y santos Padres: porque sus grãdezas, no solo se signifiquen con palabras, sino con obras viuas, que mueuen los ojos, y de aqui se impriman mas en la memoria. Los que se han de baptizar, se detienen primero à las puertas de la Iglesia; porque son indignos de entrar en la casa de Dios, antes que auiendo se despedido de la afrentosa feruidumbre del demonio, se ayan sujetado al Imperio

de

de Christo. Dan sus nombres, para que se acuerden, que son soldados de la vādera de Christo, y professan su milicia. Son instituydos cō el santo Catechismo, segun la institucion de Christo nuestro Señor, para que entiendan los que tienen edad, que es lo que professan, y à que se obligan: y por los niños respōden sus Padrinos. Siguese el exorcismo; el qual se haze con palabras fantasmáticas, y oraciones pias, y religiosas, para alañar el demonio del anima del baptizado. Ponesele sal en la boca, para que se libre de la corrupcion del pecado; y para que reciba gusto, y favor de la sabiduria diuina. Las orejas y narizes le tocan con la saliuā; à exemplo del ciego, que Christo nuestro Señor sanò, poniendo lodo hecho cō saliuā, en los ojos, al qual mandò que se los lauasse con el agua de Siloe, que significaua el baptismo. Vnguele con el oleo santo, y con Chrisma, como à luchador: y para que se acuerde que es Christiano, y que deue ser imitador de Christo en las costumbres y vida, del qual tiene el nombre de Christiano. Lo que significan la vestidura blanca, y candelā encendida, que le dan, no ay para que dezirlo, pues la mesma ceremonia lo declara, que es aduertir al baptizado, que guarde la pureza, y blancura de la inocencia, y la claridad y luz de las buenas, y fantasmáticas obras. Estos frutos y efectos del baptismo, y estas ceremonias auemos aqui declarado, para que todos entiendan con que

piedad

piedad y deuocion se ha de recibir este Sacramēto: y para que teniendo siempre en la memoria la profesion que en el hizieron, conozcan el beneficio, y misericordia de Dios, que nos ha admitido à su santa Fè, y à la fuente del baptismo, sin ningunos meritos nuestros, sino por su infinita bondad, y benignidad, al qual sea dada honra y gloria en los siglos de los siglos. Amen.

2 — Acabada esta admonicion, entrega el Padrino la criatura à la comadre, la qual la lleua junto à la Pila, y alli la desnuda; y estandolo, se la buelue à entregar al Padrino, y el la pone sobre la Pila; y entonces el Sacerdote tomando la mano derecha de la criatura, y llamandola de su propio nombre, dize:

N. Abrenuntias satanæ?

Résponde el Padrino: Abrenuntio.

Sacer. Et omnibus operibus eius? R. Abrenuntio.

Et omnibus pompis eius? R. Abrenuntio.

Luego toma el Sacerdote las Chrismeras, y moja el pulgar derecho en el santo Oleo de los Catechumenos, y vnge à la criatura con el el pecho, y entre las espaldas en forma de Cruz, diziendo: Ego te, &c. en la forma que abaxo se pone.

Pero porque en esta Diocesi se haze la Vncion cō vn puntero de plata, de que se vsa por mayor limpieza, se encarga se obserue este vsō, guardando en lo demas la forma, como se sigue.

Ego te linio ✠ Oleo salutis in Christo IESV Domino nostro, vt habeas vitam æternam. R. Amen.

Aqui
dexas la
estola
mora-
da y to-
ma o-
trabla-
ca.

Despues limpia el pulgar, ò puntero, y los lugares que vngio en la criatura, con algodón, ò otra cosa à proposito: luego llama por su nombre à la criatura, respondiendo el Padrino en la forma que se sigue.

N. Credis in Deum Patrem omnipotentem, creatorem cæli & terræ? R. Credo.

Credis in IESVM Christum Filium eius vnicū, Dominum nostrum, natum, & passum? R. Credo.

Credis in Spiritum sanctum, sanctam Ecclesiam Catholicam, Sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, vitam æternam? R. Credo.

Luego nombra por su nombre el Sacerdote à la criatura, diciendo:

N. Vis baptizari? Responde el Padrino: Volo.

Despues el Sacerdote, teniendo el Padrino, ò Padrinos la criatura, toma cō el vaso que està diputado para este Ministerio, agua baptismal de la Pila, y echa della tres vezes en forma de Cruz sōbre la cabeça de la criatura, pronunciando vna vez tan solamēte, quando la va echando, las palabras de la forma con distincion y claridad, como se siguen:

N. Ego te baptizo in nomine Patris ✠, aqui echa la primer vez, &

Filij

Filij ✠, echa segunda, & Spiritus ✠ sancti, echa tercera.

Luego reciben los Padrinos la criatura que leuantan de la Pila de mano del Sacerdote.

Quando se dudare, si està, o no baptizada la criatura, vsar se ha desta forma:

N. Si non es baptizatus, Ego te baptizo in nomine Patris ✠, & Filij ✠, & Spiritus ✠ sancti.

Y mojando luego el pulgar, ò el puntero en el sagrado Chrisma, vngie con el à la criatura en la mollera en forma de Cruz, diciendo:

Deus omnipotens, Pater Domini nostri IESV Christi, qui te regenerauit ex aqua & Spiritu sancto, qui que dedit tibi remissionem omnium peccatorū, [aqui la vngie] ipse te liniat Chrismate salutis ✠ in eodem Christo IESV Domino nostro in vitam æternam. R. Amen.

El Sacer. Pax tibi. R. Et cum spiritu tuo.

Despues el Sacerdote limpia el pulgar, ò puntero, y la mollera de la criatura con algodón, ò otra cosa semejante, y luego la pone en la cabeça el capillo blanco, diciendo:

Accipe vestem candidam, quam immaculatam

F 2

perfe-

perferas ante tribunal Domini nostri IESV Christi, vt habeas vitam æternam. R. Amen.

Luego da à la criatura, ò al Padrino la vela encendida, diziendo:

Accipe lampadem ardentem, & irreprehensibilis custodi Baptismum tuum: serua Dei mandata, vt ùm Dominus venerit ad nuptias, possis occurrere i vnà cum omnibus Sanctis in aula cælesti, habeasque vitam æternam, & viuas in sæcula sæculorum.

2. R. Amen.

Si se huieren de baptizar muchos, ora sean varones, ora hembras, en el Catechismo el Sacerdote pòdra los varones à su mano derecha, y las hembras à la siniestra, diziendo todo lo demas, como està ordenado arriba, saluo que se ha de guardar la propiedad del genero; y se ha de vsar de numero plural. Pero la primera pregunta del nombre propio de cada vno, la accion de la infuflacion, la señal y impresion de las Cruzes, el toque de los oídos y narizes con saliuua, la pregunta de la abrenunciacion, la Vncion del santo Oleo de los Catechumenos, la pregunta del Credo, y el Baptismo, la Vncion del sacro Chrisma, la imposicion del capillo blanco: y finalmente la entrega de la vela encendida, se han de hazer con cada vno dellos en particular, prefiriendo siempre en las acciones los varones à las hembras.

Si la criatura, ò adulto que se huiere de baptizar,

pade-

padeciere estrema enfermedad, y el peligro fuere tal, que amenace muerte, antes que se acabe la solemnidad del Baptismo, entõces dexadas las ceremonias que le preceden, el Sacerdote le baptizarà, echãdole agua tres vezes, ò vna vez sobre la cabeça en forma de Cruz, diziendo:

Ego te baptizo in nomine Patris ✝,

&c. como arriba.

Si no se halla con agua baptismal, y el peligro es vrgente, vse de la natural.

Luego si tuuiere Chrisma, le vngirà la mollera, diziendo: Deus omnipotens, Pater Domini nostri IESV Christi, &c. como arriba.

Despues desto le pondra el capillo blanco, diziendo: Accipe vestem, &c.

Y finalmente le darà la vela encendida, diziendo: Accipe lampadem, &c. como arriba. Y si acabado viuere, se supliràn todas las ceremonias que se huieren dexado por causa del peligro vrgente.

3. Despues q̄ la comadre huiere vestido la criatura baptizada, se ha de leer el Euangelio de san Iuan, diziendo primero.

3. V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

V. Initium sancti Euangelij secundum Ioannem.

R. Gloria tibi Domine.

IN principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil. Quod factum est, in ipso vita erat: & vita erat lux hominum: & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes. Hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum. Non erat ille lux: sed vt testimoniū perhiberet de lumine. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundū. In mundo erat, & mūdus per ipsum factus est: & mundus eum nō cognouit. In propria venit: & sui eum non receperunt. Quotquot autē receperunt eum, dedit eis potestatem, filios Dei fieri: his qui credunt in nomine eius. Qui non ex sanguinibus, neq; ex volūate carnis, neq; ex voluntate viri: sed ex Deo nati sunt. Et Verbum caro factum est: & habitauit in nobis, (& vidimus gloriā eius, gloriā quasi vnigeniti à Patre) plenum gratiæ & veritatis.

Aqui se arrodi-
lla.

3-

do con la ſangre de Chriſto nueſtro Señor. Seguro pues, quanto la humana fragilidad puede alcançar, ireis al cielo. Conocerohan los Angeles: faldranos a recibir los bienauenturados: la Sacratifſima Virgen MARIA nueſtra Señora os abraçará, y os lleuarà a ſu Hijo, con cuya ſeñal vos eſtais ſeñalado. Con la vnction deſte ſanto Oleo, la gracia ſe acreciẽta, los pecados veniales ſe perdonan; las enfermedades del alma, y reliquias del pecado ſe fanan, y hincheſe el alma de la alegria que ſignifica el azeite ſanto. Vngẽſe las principales partes del cuerpo; porque las ofenſas que ſe han hecho por vicio de los ſentidos, y de los miembros, ſe fanen con eſta diuina medicina. Sale el hombre mas fuerte para luchar con el demonio, y para librarſe de ſus lazos; que ſiempre pone ſus mayores aſſechanças al remate de la vida: y plazerà a nueſtro Señor, que os libre deſte mal. Eſto ferà aſſi, ſi à vos os conuiene para la ſalud del alma: porque eſta virtud le es dada à eſte Sacramento, como dize el Apoſtol Santiago. Mas no auéis de tener eſperança grãde, ni deſeo de la vida, porque no afloxeis algo en el cuidado que es razon tener de la ſalud del alma; ni tampoco auéis de eſtar deſcõfiado della, porque no parezca que menoſpreciáis la gracia deſte Sacramento. Llegad con aquella fè à ſer vngido, cõ que los que para recibir ſalud llegauan a los Apoſtoles. Y no dudeis, que las ſantas oraciones con que in-

uocamos la diuina misericordia en persona de la Iglesia, y de Christo nuestro Señor, las oiga su diuina Magestad, pues ninguna cosa mas desea, que la salud de los fieles. A el sea honra y gloria en los siglos de los siglos. Amen.

Orden para administrar el Sacram^{to} de la extrema Vnction
 Despues dirà el *Señor* v. *Señor* Adiutorium nostrum in nomine Domini. R. Qui fecit cælum & terram. v. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

O remus.

Introëat, Domine I E S V Christe, domum hanc sub nostræ humilitatis ingressu, æterna felicitas, diuina prosperitas, serena lætitia, charitas fructuosa, sanitas sempiterna: effugiat ex hoc loco accessus dæmonum; adsint Angeli pacis, domumque hanc deferat omnis maligna discordia. Magnifica, Domine, super nos nomen sanctū tuum; & benedic ✠ nostræ cōuersationi: sanctifica nostræ humilitatis ingressum, qui sanctus & pius es, & permanes cum Patre & Spiritu sancto, in sæcula sæculorum. Amen.

Oremus, & deprecemur Dominum nostrū I E S V M Christum, vt benedicendo benedicat ✠ hoc tabernaculum, & omnes habitantes in eo, & det eis Angelum bonum custodem, & faciat eos sibi seruire ad considerandum mirabilia de lege sua: auertat ab eis omnes cōtrarias potestates: eripiat eos ab omni formidine, & ab omni perturbatione, ac sanos in hoc tabernaculo custodire dignetur. Qui cum Patre &

Spiritu

Spiritu sancto viuit & regnat Deus in sæcula sæculorum. Amen.

O remus.

Exaudi nos, Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, & mittere digneris sanctum Angelum tuum de cælis, qui custodiat, foueat, protegat, visitet, atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Y si no diere lugar el tiempo para dezir estas oraciones, se podran dexar en parte, ò todas. Y dicha la Confesion general en Latin, ò en Romance por el enfermo, ò no pudiendo el, por algun ministro del Sacerdote, ò otro de los circunstantes, dirà el Sacerdote: Misereatur tui, &c. Indulgentiam, &c.

Y antes que el Cura, ò el Sacerdote empiece a vngir al enfermo, amonestè à los que estuieren alli, para que oren por el: y donde huuiere comodidad, segun el lugar, tiempo, numero, y calidad de las personas que se hallaren presentes, se rezaran los siete Psalms Penitenciales con las Ledanias y Preces, mientras el Cura, ò Sacerdote diere la Vnction al enfermo; y antes de empezarla à dar, dirà:


In nomine Patris ✠, & Filij ✠, & Spiritus ✠ sancti, extinguatur in te omnis virtus diaboli per impositionem manuum nostrarum, & per inuocationem omnium sanctorum Angelorum, Archangelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apostolo-

rum,

rum, Martyrum, Confessorum, Virginum, atque omnium simul Sanctorum. Amen.


Luego tomará el puntero, y mojadole en el Oleo santo, vngirá al enfermo en forma de Cruz en las partes, y lugares que abaxo se señalarán, acomodando en cada vna de las partes las palabras de la forma deste Sacramento, como se sigue.

A los ojos.

Per istam sanctam Vnctionem  & suam pijsimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus quidquid per visum deliquisti. Amen.


Y el que administrare este Sacramento, ha de limpiar por si mismo las partes y lugares inmediatamente que se ayan vngido, con vna pelotilla de algodón, o otra cosa à proposito, y se ha de tomar de nueuo, para limpiar cada parte y Vnction; y se irán echando los algodones en vn vaso limpio, para que acabada la Vnction se lleuen à la Iglesia, y alli se quemén, y se echen las cenizas en la Piscina.

A los oidos.


Per istam sanctam Vnctionem  & suam pijsimam misericordiam, indulgeat

dulgeat tibi Dominus quidquid per auditum deliquisti. Amen.


A las narizes.

Per istam sanctam Vnctionem  & suam pijsimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus quidquid per odoratum deliquisti. Amen.

A la boca, cerrados los labios.

Per istam sanctam Vnctionem  & suam pijsimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus quidquid per gustum, & locutionem deliquisti. Amen.

A las manos.

Per istam sanctam Vnctionem  & suam pijsimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus quidquid per tactum deliquisti. Amen.

Aduertase, que à los Sacerdotes (como se ha dicho arriba) no se les vngen las manos por la parte de adentro, sino por la de afuera.

Supuef-

Supuesto que en este Arçobispado, por costumbre antigua (como se notò arriba) no estàn en vso las vn-
ciones de los pies y lomos, se aduierte à los ministros
de este Sacramento no vsen dellas.

* Y por si en algun tiempo la piedad y deuocion de
los Fieles (conformandose en esta parte con la do-
ctrina del Ritual Romano, y la loable costumbre de
otras Diocesis) las quisiesen admitir en este Arçob-
ispado, ha parecido poner en este Manual la forma
dellas, para que no se ignore, ni haga falta en este
caso.

A los pies.

Per istam sanctam Vnctionem ✠
& suam pijsissimam misericordiam, in-
dulgeat tibi Dominus, quidquid per
gressum deliquisti. Amen.

A los lomos.

Per istam sanctam Vnctionem ✠
& suam pijsissimam misericordiam, in-
dulgeat tibi Dominus, quidquid per
lumborum delectationem deliquisti.
Amen.

Y auiendo acabado de vngir al enfermo en todas

las

las dichas partes, dirà el Cura, ò Sacerdote: Kyrie
eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater no-
ster, &c. Et ne nos inducas in tentationem. R. Sed
libera nos à malo. V. Saluū fac seruum tuū. R. Deus
meus sperantem in te. V. Mitte ei Domine auxilium
de sancto. R. Et de Sion tuere eum. V. Esto ei Do-
mine turris fortitudinis. R. A facie inimici. V. Nihil
proficiat inimicus in eo. R. Et filius iniquitatis non
apponat nocere ei. V. Domine exaudi orationem
meam. R. Et clamor meus ad te veniat. V. Domi-
nus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Domine Deus, qui per Apostolum tuum Iaco-
bum locutus es: Infirmatur quis in vobis? in-
ducatur presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, vn-
gentes eum Oleo in nomine Domini, & oratio fidei
saluabit infirmum; & alleuiabit eum Dominus, & si
in peccatis sit, remittentur ei: cura quæsumus, Re-
demptor noster, gratia sancti Spiritus læguores istius
infirmi, eiusque sana vulnera, & dimitte peccata, at-
que dolores cunctos mentis & corporis ab eo ex-
pelle, plenamque interiùs & exteriùs sanitatem mi-
sericorditer redde, vt ope misericordiæ tuæ restitu-
tus, ad pristina reparetur officia. Qui cum Patre &
Spiritu sancto viuis & regnas Deus in sæcula sæcu-
lorum. Amen.

R

Ore-

Oremus.

Respice, quæsumus Domine, famulum tuū N. in infirmitate sui corporis fatiscentem, & animam refoue, quam creasti: vt castigationibus emendatus, se tua sentiat medicina saluatum. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Oremus.

Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, qui benedictionis tuæ gratiam ægris infundendo corporibus, facturam tuam multiplici pietate custodis: ad inuocationem tui nominis benignus assiste, vt famulum tuum ab ægritudine liberatum, & sanitate donatum, dextera tua erigas, virtute confirmes, potestate tuearis, atque Ecclesiæ tuæ sanctæ, cum omni desiderata prosperitate restituas. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

2 — Finalmente, conforme el estado y capacidad de la persona, podrá el Cura, ò Sacerdote dalle algunos documentos saludables, para que se aperciba à morir en el Señor, y resista las tentaciones del demonio: y esto con muy breues palabras.

Y asimismo le dexará agua bendita, y vna Cruz, (si ya no la tuuiere el enfermo) para que la mire à menudo, y la bese y abrace por su deuocion de rato en rato.

Amonestará asimismo à los que le siruieren, y à los demas de la casa, à cuyo cargo estuviere el enfer-

mo,

mo, que si la enfermedad le apretare, y truxere al vltimo estremo, y empecare à agonizar, llamen luego al Cura, ò otro Sacerdote, para que le ayude à bien morir, y le haga la recomendacion del alma: pero si estuviere muy cercano à la muerte, antes que se buelua con el santo Oleo, hará lo susodicho, y le recomendará el alma.

Lo que toca al cuydado que se ha de tener en visitar los enfermos, y ayudarles a biẽ morir, y hazerles la recomendacion de sus almas, y el orden de los entierros, va puesto abaxo en este Manual, cada cosa en su propio lugar.

S E P T E M P S A L M I P O E N I T E N T I A L E S, C V M L I T A N I I S.

Dizense por los enfermos mientras se les da la santa Vnction, ò por qualquier otra necesidad, de rodillas.

Añã. Ne reminiscaris. Psalmus 6.

Domine, ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripas me.

Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum: sana me Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea. Et anima mea turbata est valdè: sed tu Domine vsquequò?

R 2

Con-

Conuertere Domine, & eripe animam meam: saluum me fac propter misericordiam tuam.

Quoniam non est in morte qui memor sit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi?

Laboravi in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum: lacrymis meis stratum meum rigabo.

Turbatus est à furore oculus meus: inueteravi inter omnes inimicos meos.

Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem: quoniam exaudiuit Dominus vocem fletus mei.

Exaudiuit Dominus deprecationem meam: Dominus orationem meam suscepit.

Erubescant & cõturbentur vehementer omnes inimici mei: conuertatur & erubescat valde velociter.

Gloria Patri.

Psalmus 31.

BEati quorum remissæ sunt iniquitates: & quorum tecta sunt peccata.

Beatus vir, cui non imputauit Dominus peccatum: nec est in spiritu eius dolus.

Quoniam tacui, inueterauerunt ossa mea: dum clamarem tota die.

Quoniam die ac nocte grauata est super me manus tua: conuersus sum in ærumna mea, dum configitur spina.

Delictum meum cognitum tibi feci: & iniustitiam meam non abscondi.

Dixi,

Dixi, Confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino: & tu remisisti impietatem peccati mei.

Pro hac orabit ad te omnis sanctus: in tempore opportuno.

Verumtamen in diluuiò aquarum multarum: ad eum non approximabunt.

Tu es refugium meum à tribulatione, quæ circumdedit me: exultatio mea erue me à circumdatibus meis.

In intellectu tibi dabo, & instruam te in via hac qua gradieris: firmabo super te oculos meos.

Nolite fieri sicut equus & mulus: quibus non est intellectus.

In campo & fræno maxillas eorum constringe: qui non approximant ad te.

Multa flagella peccatoris: sperantem autem in Domino misericordia circumdabit.

Lætamini in Domino, & exultate iusti: & gloriamini omnes recti corde.

Gloria Patri.

Psalmus 37.

Domine, ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripas me.

Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi: & confirmasti super me manum tuam.

Non est sanitas in carne mea à facie iræ tuæ: non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum.

Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum: & sicut onus graue grauatae sunt super me.

R 3

Putrue-

Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ: à facie insipientiæ meæ.

Miser factus sum, & curuatus sum vsque in finem: tota die contristatus ingrediebar.

Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus: & non est sanitas in carne mea.

Afflictus sum, & humiliatus sum nimis: rugiebam à gemitu cordis mei.

Domine, ante te omne desiderium meum: & gemitus meus à te non est absconditus.

Cor meum conturbatum est, dereliquit me virtus mea: & lumē oculorū meorū & ipsum nō est mecū.

Amici mei, & proximi mei: aduersum me appropinquauerunt, & steterunt.

Et qui iuxta me erant, de longè steterunt: & vim faciebant qui quærebant animam meam.

Et qui inquirebant mala mihi, locuti sunt vanitates: & dolos tota die meditabantur.

Ego autem tamquam surdus non audiebam: & sicut mutus non aperiens os suum.

Et factus sum sicut homo non audiens: & non habēs in ore suo redargutiones.

Quoniam in te Domine speraui: tu exaudies me Domine Deus meus.

Quia dixi, Nequando supergaudeant mihi inimici mei: & dum commouentur pedes mei, super me magna locuti sunt.

Quo-

Quoniã ego in flagella paratus sum: & dolor meus in conspectu meo semper.

Quoniam iniquitatem meam annuntiabo: & cogitabo pro peccato meo.

Inimici autem mei viuunt, & confirmati sunt super me: & multiplicati sunt qui oderunt me iniquè.

Qui retribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi: quoniam sequebar bonitatem.

Ne derelinquas me Domine Deus meus: ne discederis à me.

Intende in adiutorium meum: Domine Deus salutis meæ.

Gloria Patri.

Psalmus 50.

Miserere mei Deus: secundum magnam misericordiam tuam.

Et secundum multitudinem miserationum tuarum: dele iniquitatem meam.

Amplius laua me ab iniquitate mea: & à peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: & peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccaui, & malum coram te feci: vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: & in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti: incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.

A sper-

A sperges me hyssopo, & mundabor : lauabis me , & super niuem dealabor.

A uditui meo dabis gaudium & lætitiã : & exultabunt ossa humiliata.

A uerte faciem tuam à peccatis meis : & omnes iniquitates meas dele.

C or mundum crea in me Deus : & spiritum rectum innoua in visceribus meis.

N e proijcias me à facie tua : & Spiritum sanctum tuum ne auferas à me.

R edde mihi lætitiã salutaris tui : & spiritu principali confirma me.

D ocebo iniquos vias tuas : & impij ad te conuertentur.

L ibera me de sanguinibus Deus , Deus salutis meæ : & exultabit lingua mea iustitiã tuam.

D omine labia mea aperies : & os meum annuntiabit laudem tuam.

Q uoniam si voluisses sacrificium , dedissem utique : holocaustis non delectaberis.

S acrificium Deo spiritus contribulatus : cor contritum & humiliatum Deus non despicias.

B enignè fac Domine in bona voluntate tua Sion : vt ædificentur muri Ierusalem.

T unc acceptabis sacrificium iustitiæ, oblationes , & holocausta : tunc imponēt super altare tuum vitulos.

G loria Patri.

Psal.

Psalmus 101.

D omine exaudi orationem meam : & clamor meus ad te veniat.

N on auertas faciem tuam à me : in quacumque die tribulor, inclina ad me aurem tuam.

I n quacumque die inuocauero te : velociter exaudi me.

Q uia defecerunt sicut fumus dies mei : & ossa mea sicut cremium aruerunt.

P ercussus sum vt foenum , & aruit cor meum : quia oblitus sum comedere panem meum.

A voce gemitus mei : adhæsit os meum carni meæ.

S imilis factus sum pellicano solitudinis : factus sum sicut nycticorax in domicilio.

V igilaui : & factus sum sicut passer solitarius in tecto.

T ota die exprobrabant mihi inimici mei : & qui laudabant me, aduersum me iurabant.

Q uia cinerem tamquam panem manducabam : & potum meum cum fletu miscebam.

A facie iræ & indignationis tuæ : quia eleuans allisisti me.

D ies mei sicut vmbra declinauerunt : & ego sicut foenum arui.

T u autem Domine in æternum permanes : & memoriale tuum in generationem & generationem.

T u exurgens misereberis Sion : quia tempus miserendi eius, quia venit tempus.

S

Quo-

Quoniam placuerunt seruis tuis lapides eius : & terræ eius miserebuntur.

Et timebunt gentes nomen tuum Domine : & omnes reges terræ gloriam tuam.

Quia ædificauit Dñs Sion : & videbitur in gloria sua.

Respexit in orationem humilium : & non spreuit precem eorum.

Scribantur hæc in generatione altera : & populus qui creabitur, laudabit Dominum.

Quia prospexit de excelsis sancto suo : Dominus de cælo in terram aspexit.

Vt audiret gemitus compeditorum : vt solueret filios interemptorum.

Vt annuntient in Sion nomen Domini : & laudem eius in Ierusalem.

In conueniendo populos in vnum : & reges vt seruiant Domino.

Respondit ei in via virtutis suæ : paucitatem dierum meorum nuntia mihi.

Ne reuoces me in dimidio dierum meorum : in generationem & generationem anni tui.

In initio tu Domine terram fundasti : & opera manuum tuarum sunt cæli.

Ipsi peribunt, tu autem permanes : & omnes sicut vestimentum veterascent.

Et sicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur : tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.

Filij

Filij seruorum tuorum habitabunt : & semen eorum in sæculum dirigetur.

Gloria Patri. Psalmus 129.

DE profundis clamaui ad te Domine : Domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes : in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates obseruaueris Domine : Domine quis sustinebit?

Quia apud te propitiatio est : & propter legem tuam sustinui te Domine.

Sustinuit anima mea in verbo eius : sperauit anima mea in Domino.

A custodia matutina vsque ad noctem : speret Israël in Domino.

Quia apud Dominum misericordia : & copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israël : ex omnibus iniquitatibus eius. Gloria Patri.

Psalmus 142.

Domine exaudi orationem meam, auribus percipe obsecrationem meam : in veritate tua exaudi me, in tua iustitia.

Et non intres in iudicium cum seruo tuo : quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.

Quia persecutus est inimicus animam meam, humiliavit in terra vitam meam.

S 2

Collo-

Collocavit me in obscuris sicut mortuos sæculi : & anxius est super me spiritus meus, in me turbatum est cor meum.

Memor fui dierum antiquorum, meditatus sum in omnibus operibus tuis : in factis manuum tuarum meditabar.

Expandi manus meas ad te : anima mea sicut terra sine aqua tibi.

Velociter exaudi me Dñe: defecit spiritus meus.

Non auertas faciem tuam à me : & similis ero descendentibus in lacum.

Auditam fac mihi manè misericordiam tuam : quia in te speravi.

Notam fac mihi viam, in qua ambulem : quia ad te leuavi animam meam.

Eripe me de inimicis meis Domine, ad te confugi : doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: propter nomen tuum Domine viuificabis me, in æquitate tua.

Educes de tribulatione animam meam : & in misericordia tua disperdes inimicos meos.

Et perdes omnes qui tribulant animam meam: quoniam ego seruus tuus sum.

Gloria Patri.

Antiph. Ne reminiscaris Domine delicta nostra, vel paren-

parentum nostrorum ; neque vindictam sumas de peccatis nostris.

LITANIÆ.

K yrie eleison.

C hriste eleison.

K yrie eleison.

C hriste audi nos.

C hriste exaudi nos.

P ater de cælis Deus,

Miserere nobis.

F ilii redemptor mundi Deus,

Miserere nobis.

S piritus sancte Deus,

Miserere nobis.

S ancta Trinitas vnus Deus,

Miserere nobis.

S ancta Maria,

Ora pro nobis.

S anta Dei genitrix,

ora.

S ancta Virgo virginum,

ora.

S ancte Michaël,

ora.

S ancte Gabriel,

ora.

S ancte Raphaël,

ora.

O mnes sancti Angeli & Archangeli,
nobis.

Orate pro

O mnes sancti beatorum spirituum ordines. orate.

S ancte Ioannes Baptista, *Sancte Ioseph.* ora.

O mnes sancti Patriarchæ & Prophetæ, orate.

S ancte Petre, ora.

S ancte Paule, ora.

S ancte Andrea ora, ora.

Sancte Iacobe,	ora.
Sancte Ioannes,	ora.
Sancte Thoma,	ora.
Sancte Iacobe,	ora.
Sancte Philippe,	ora.
Sancte Bartholomæe,	ora.
Sancte Matthæe,	ora.
Sancte Simon,	ora.
Sancte Thadæe,	ora.
Sancte Matthia,	ora.
Sancte Barnaba,	ora.
Sancte Luca,	ora.
Sancte Marce,	ora.
Omnes sancti Apostoli & Euangelistæ,	orate.
Omnes sancti Discipuli Domini,	orate.
Omnes sancti Innocentes,	orate.
Sancte Cæcili,	ora.
Sancte Hirci,	ora.
Sancte Thesiphon,	ora.
Sancte Stephane,	ora.
Sancte Laurenti,	ora.
Sancte Vincenti,	ora.
Sancti Fabiane & Sebastianæ,	orate.
Sancti Ioannes & Paule,	orate.
Sancti Cosma & Damiane,	orate.
Sancti Geruasi & Protasi,	orate.
Omnes sancti Martyres,	orate.

San-

Sancte Siluester,	ora.
Sancte Gregori,	ora.
Sancte Ambrosi,	ora.
Sancte Augustine,	ora.
Sancte Hieronymæ,	ora.
Sancte Martine,	ora.
Sancte Nicolæe,	ora.
Omnes sancti Pontifices & Confessores,	orate.
Omnes sancti Doctores,	orate.
Sancte Antoni,	ora.
Sancte Benedicte,	ora.
Sancte Bernarde,	ora.
Sancte Dominice,	ora.
Sancte Franciscæ,	ora.
Omnes sancti Sacerdotes & Leuitæ,	orate.
Omnes sancti Monachi & Eremitæ,	orate.
Sancta Maria Magdalena,	ora.
Sancta Agatha,	ora.
Sancta Lucia,	ora.
Sancta Agnes,	ora.
Sancta Cæcilia,	ora.
Sancta Catharina,	ora.
Sancta Anastasia,	ora.
Omnes sanctæ Virgines & Viduæ,	orate.
Omnes Sancti & Sanctæ Dei, Intercedite pro nobis.	
Propitius esto,	Parce nobis Domine.
Propitius esto,	Exaudi nos Domine.

A b

A b omni malo,	Libera nos Domine,
A b omni peccato,	Libera.
A b ira tua,	Libera.
A subitanea & improuisa morte,	Libera.
A b insidijs diaboli,	Libra.
A b ira, & odio, & omni mala voluntate,	Libera.
nos Domine.	
A spiritu fornicationis,	Libera.
A fulgure & tempestate,	Libera.
A morte perpetua,	Libera.
Per mysterium sanctæ Incarnationis tuæ,	Libera.
Per Aduentum tuum,	Libera.
Per Natiuitatem tuam,	Libera.
Per Baptismū & sanctum Ieiunium tuum,	Libera.
Per Crucem & Passionem tuam,	Libera.
Per Mortem & Sepulturam tuam,	Libera.
Per sanctam Resurrectionem tuam,	Libera.
Per admirabilem Ascensionem tuam,	Libera.
Per Aduentum Spiritus sancti paracliti,	Libera.
In die iudicij,	Libera.
Peccatores,	Te rogamus audi nos.
Vt nobis parcas,	Te rogamus.
Vt nobis indulgeas,	Te rogamus.
Vt ad veram pœnitentiam nos perducere digneris,	
Te rogamus audi nos.	
Vt Ecclesiam tuam sanctam regere & conseruare digneris,	Te rogamus.

Vt

Vt domnum Apostolicum, & omnes Ecclesiasticos ordines in sancta religione conseruare digneris, Te rogamus audi nos.

Vt inimicos sanctæ Ecclesiæ humiliare digneris, Te rogamus audi nos.

Vt Regibus & Principibus Christianis pacem & veram concordiam donare digneris, Te rogamus.

Vt cuncto populo Christiano pacem & vnitatem largiri digneris. Te rogamus.

Vt nosmetipsos in tuo sancto seruitio confortare & conseruare digneris, Te rogamus.

Vt mentes nostras ad cœlestia desideria erigas, Te rogamus audi nos.

Vt omnibus benefactoribus nostris sempiterna bona retribuas, Te rogamus.

Vt animas nostras, fratrum, propinquorum, & benefactorum nostrorum ab æterna damnatione eripias, Te rogamus.

Vt fructus terræ dare & conseruare digneris, Te rogamus audi nos.

Vt omnibus fidelibus defunctis requiem æternam donare digneris, Te rogamus.

Vt nos exaudire digneris, Te rogamus.

Fili Dei, Te rogamus.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Parce nobis Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mūdi, Exaudi nos Dñe.

T

Agnus

Agnus Dei, qui tollis peccata mūdi, Misere nobis.

Christe audi nos. **C**hriste exaudi nos.

Kyrie eleison. **C**hriste eleison. **K**yrie eleison.

Pater noster. *secretò.* **ŷ.** Et ne nos inducas in tentationem. *R.* Sed libera nos à malo.

Psalmus 69.

Deus in adiutorium meum intende: Domine ad adiuuandum me festina.

Confundantur, & reuereantur: qui quarunt animam meam.

Auertantur retrorsum, & erubescant: qui volunt mihi mala.

Auertantur statim erubescences: qui dicunt mihi, Euge, euge.

Exultent & lætentur in te omnes, qui quærunt te: & dicant semper, Magnificetur Dominus, qui diligit salutare tuum.

Ego uerò egenus & pauper sum: Deus adiuua me.

Adiutor meus, & liberator meus es tu: Domine ne moreris.

Gloria Patri. *Sicut erat.* **ŷ.** Saluos fac seruos tuos.

R. Deus meus sperantes in te. **ŷ.** Esto nobis Domine

turris fortitudinis. *R.* A facie inimici. **ŷ.** Nihil proficiat inimicus in nobis. *R.* Et filius iniquitatis

non apponat nocere nobis. **ŷ.** Domine non secundum peccata nostra facias nobis. *R.* Neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis. **ŷ.** Oremus

pro

pro

pro

pro

pro Pontifice nostro *N. R.* Dominus conseruet eū, & uiuificet eum, & beatum faciat eum in terra, & non tradat eum in animā inimicorum eius. **ŷ.** Oremus pro benefactoribus nostris. *R.* Retribuere dignare Dñe omnibus nobis bona facientibus propter nomen tuum vitam æternam, Amen. **ŷ.** Oremus pro fidelibus defunctis. *R.* Requiem æternam dona eis Domine, & lux perpetua luceat eis. **ŷ.** Requiescant in pace. *R.* Amen. **ŷ.** Pro fratribus nostris absentibus. *R.* Saluos fac seruos tuos, Deus meus, sperantes in te. **ŷ.** Mitte eis Domine auxilium de sancto. *R.* Et de Sion tuere eos. **ŷ.** Domine exaudi orationem meam. *R.* Et clamor meus ad te ueniat.

ŷ. Dominus uobiscum. *R.* Et cum spiritu tuo.

Oremus.

ORATIO.

Deus, cui proprium est misereri semper, & parere: suscipe deprecationē nostram, ut nos, & omnes famulos tuos, quos delictorum catena constringit, miseratio tuæ pietatis clementer absoluat.

Exaudi, quæsumus Domine, supplicum preces, & confitentium tibi parce peccatis: ut pariter nobis indulgentiam tribuas benignus & pacem.

Ineffabilem nobis Dñe misericordiam tuam clementer ostende: ut simul nos & à peccatis omnibus exuas, & à pœnis, quas pro his meremur, eripias.

Deus, qui culpa offenderis, pœnitentia placaris: preces populi tui supplicantis propitius respi-

Oremus.

ORATIO.

ce:

T 2

ce:

ce:

ce:

ce:

ce: & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis nostris meremur, auerte.

OMnipotens sempiterne Deus, miserere famulo tuo Pontifici nostro N. & dirige eum secundum tuam clementiam in viam salutis æternæ: vt te donante tibi placita cupiat, & tota virtute perficiat.

Deus, à quo sancta desideria, recta consilia, & iusta sunt opera: da seruis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem: vt & corda nostra mandatis tuis dedita, & hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla.

VRe igne sancti Spiritus renas nos, & cor nostrum, Domine: vt tibi casto corpore seruiamus, & mundo corde placeamus.

Fidelium Deus omnium cõditor & redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum: vt indulgentiam, quam semper optauerunt, pijs supplicationibus consequantur.

Actiones nostras, quæsumus Domine, aspirando præueni, & adiuuando prosequere: vt cuncta nostra oratio & operatio à te semper incipiat, & per te ccepta finiatur.

OMnipotens sempiterne Deus, qui viuorum dominaris simul & mortuorum, omniumque misereris, quos tuos fide & opere futuros esse præ-

noscis:

noscis: te supplices exoramus, vt pro quibus effundere precibus decreuimus, quosque vel præsens sacculum adhuc in carne retinet, vel futurum iam exutos corpore suscepit, intercedentibus omnibus Sanctis tuis, pietatis tuæ clementia, omnium delictorum suorum veniam consequantur. Per Dominum nostrum. *✠. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo. ✠. Exaudi nos omnipotens & misericors Dñs. R. Amen. ✠. Et fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace. R. Amen.*

DE LA VISITA DE LOS ENFERMOS, Y CUIDADO que se ha de tener dellos.

ENTRE Otras obligaciones que tocan al officio del Cura, no es pequeña la que mira al cuidado que deue poner en la visita y consuelo de sus parroquianos enfermos, à la qual ha de estar siempre muy atento, procurando visitarlos muy à menudo, y siempre que se a necesario, sin esperar que le llamen; y para conseguirlo exortará à los demas feligreses, que tengan cuidado de darle auiso de los que enfermareen dentro de su Parroquia, y en particular si la enfermedad fuere graue.

Seria muy buen expediente para esto, que en las Parroquias grandes, donde ay mucho numero de feligreses, y de continuo suelen enfermar muchos, se alistassen en vn memorial ò catalogo; tomando la razon de la calidad y estado de cada enfermo, y el nombre de la calle donde tuuiere su casa y habitacion: pues assi se-

ria mas facil el poder acudir a su remedio y consuelo, y à esta obligacion.

Y quando sean tantos en numero, que el mismo Cura no pueda acudir al cumplimiento deste intento por su persona, se podrá ayudar y ~~con~~ de algunos Sacerdotes de su Parroquia (si los huviere en ella) ò à falta de Sacerdotes lo encargará à alguna persona de los seglares de mayor piedad y caridad que hallare; como lo pide tan santo empleo.

Visitandolos, procurará auerse con toda modestia y grauedad, y con la decencia que el ministerio y dignidad Sacerdotal requieren; de tal manera, que no solo sus palabras y obras edifiquen, y consuelen al enfermo, y le aliuie, mas tambien sean de provecho para si, y exemplo de los circunstantes.

Cuidará muy en particular de visitar, y consolar las personas mas desamparadas y necesitadas, pues estas son las que en primer lugar le están encomendadas: y dado caso que no pudiere socorrer de su propia hacienda las necesidades que padecieren, por lo menos procurará representallas al Prelado (si huviere ocasion) ò à algunas otras personas pias y caritativas de su Parroquia, de quien prouablemente se pueda esperar el remedio: y à falta destas acudirà à pedir limosna à sus Parroquianos, en publico, ò secreto, segun juzgare conuenir.

El fin principal del Cura en este empleo ha de mirar al bien de la salud espiritual del enfermo, procurando disponerle con cuidado à la saluacion de su alma; y si padeciere algunas tentaciones librarle dellas, dandole consejos y documentos saludables contra los lazos del demonio, segun lo pidieren las ocasiones.

Ha de llegar à las casas de los enfermos preuenido de buena doctrina, y de algunos exemplos de Santos, para que assi sea de provecho, y los consuele, aliuie, y encienda en el amor de nuestro Señor, persuadiendoles resignen su voluntad en sus manos, y es-

peren

peren en su diuina Magestad: que tengan verdadero arrepentimiento de sus pecados; y que confien en su diuina misericordia: sufran, y lleuen con paciencia las penas y dolores de la enfermedad, creyendo, que nuestro Señor se las ha dado para mayor bien suyo, y para que reconocidos mejoren y emienden su vida y costumbres, y le siruan muy de veras de alli adelante.

Luego, usando de mucha prudencia y caridad, les procurará disponer para confessarse; y auendolo hecho, les oirá (aunq̄ quieran hazer confesion general de toda su vida:) Y si juzgare ser necessario, advertirá, y declarará à los enfermos, y à las demas personas que les siruieren, como està dispuesto, y mandado, so graues penas, por un decreto del santo Concilio Lateranense, y otros de diuersos Papas, que ningun Medico pueda continuar de tercera visita adelante las demas, sin que primero se aya confessado el enfermo.

Ha de poner mucho cuidado en advertir, que en ningun caso se ponga en execucion, ni ordene remedio alguno, ò medicina corporal, que sea contra la salud espiritual del alma.

Siempre que el Cura entēdiere que la enfermedad es peligrosa, procurará con mucha prudencia y recato advertir del estado della al enfermo, para que no se dexen llevar de las esperanças de los Medicos, ni de las vanas cōfianças de sus deudos y amigos: mayormente quando estas le pudiesen servir de embaraço, para que el se preuenga en lo tocante à su alma, y al pedir con tiempo con todo afecto y deuocion los Sacramentos de la Iglesia; y que los reciba estando capaz con los sentidos, y en su entero juicio, sin dar lugar a las largas del tiempo, y engañosas cōfianças de la salud: cosa que por no atenderse, ha llevado a muchos al infierno, procurando el demonio descuidarlos con sus traças; y llevará, si no se atendiere cada día.

Y por si alguna vez sucediesse, que algun enfermo rehusasse el

con-

confessar se, y no aprouechassen para reduzille à ello los consejos y persuasiones del Cura, ni los de sus deudos y amigos; en tal caso, no por esso se ha de desconfiar de la reduccion: antes bien será muy conueniente, que se le repitan mientras uiuere, las mismas razones que se le propusieron, para conseguir este intento de la confesion, y valer se de algunas otras personas virtuosas y exemplares, para que le induzgan a ella; y en particular le traerà a la memoria las penas eternas, y los daños que causa el morir sin el temor la diuina justicia, y los bienes que se les siguen a los que confían en la diuina misericordia, y como le està esperando a el, para que arrepentido de sus pecados, se los perdone por medio deste Sacramento de la Penitencia. Y quando nada desto aprouechare, encomendarà a nuestro Señor esta necesidad, y encargarlo a sus Feligreses, para que le supliquen en sus oraciones, a si publicas como secretas, le abra los ojos del alma, y le de saluacion.

Estará muy aduertido el Cura de las tentaciones que padeciere el enfermo, y a que malas opiniones se inclinare; y segun esto procurará aplicarle el remedio mas conueniente, usando en todo de la prudencia Christiana.

Será muy a proposito, que cuide, que el enfermo en estos casos tenga junto a si las imagenes de Iesu Christo crucificado, y de la sacratissima Virgen Maria su Madre y Señora nuestra, y tambien del Santo a quien fuere mas deuoto (si la tuuiere) y un vaso con agua bendita, para roziarle con ella muy a menudo.

De rato en rato (segun fuere el talento y estado del enfermo) le dirà algunas Oraciones breues, y Rogatiuas, procurando que por su medio se mueua a la consideracion de Dios nuestro Señor; y para esto serán muy a proposito los Versiculos de algunos Psalmos del Real Profeta David, declarandolos (si conuiere) en Romance: ò usarà de la Oracion del Padre nuestro y Ave Maria, del Credo y de alguna meditacion de la Passion de Iesu Christo

nuestro

nuestro Señor; ò referirà algunos martyrios, ò exemplos de Santos, y que cosa sea la gloria, y vida eterna. Pero hasse de usar de todo lo dicho con gran discrecion y prudencia, procurando no cansar, ni molestar al enfermo, antes aluiarle.

Para su consuelo le assegurará, que ha de encomendar a nuestro Señor su salud. en su Missa, y Oraciones, y que encargará hagan lo mismo sus feligreses: y pondra en execucion luego la promessa.

Al punto que se conociere que la enfermedad es graue, ò peligrosa, tratará de persuadir al enfermo, que mientras està capaz, y con sus sentidos, ordene, y disponga sus cosas, y que haga testamento, y si tuuiere algo ageno, lo restituya: y en particular le aconsejará, que disponga de su hazienda (teniendola bastante) alguna cantidad en obras pias, por su alma, a su arbitrio del enfermo. Aduirtiendole, que en estas ocasiones se ha de recatar mucho el Cura, y procurar no se entienda, que se le aconseja esto por el prouecho que se le ha de seguir a el, y a su Iglesia, sino para remissio de sus pecados, y huyendo en quanto pueda toda nota de auaricia.

Y finalmente, que si conualeciere de la enfermedad, la primera salida sea a la Iglesia a dar gracias a nuestro Señor por la recuperacion de la salud; y será bien reciba la sagrada comunión, y que procure mejorar en lo uenidero su vida, empleandola en su santo seruicio.

Las Preces siguientes se podrán dezir, ò dexar todas, ò parte dellas à arbitrio del Cura, ò Sacerdote, conforme el tiempo, y la calidad del enfermo dixer lugar.

Auiendo pues entrado el Cura, ò Sacerdote en el aposento del enfermo, lo primero dirà: Pax huic domui. R. Et omnibus habitantibus in ea. Luego ro-

V

ziará

ziarà con agua bendita al enfermo, la cama donde estuviere echado, y al aposento, diciendo: **Asperges me Domine, &c.** Hecho esto, procurará consolar al enfermo, y cūplir con lo demas tocante a su obligacion (segū lo q̄ arriba se ha advertido mas en particular) y entonces, o antes de boluerse, podrá rezar sobre el enfermo alguno de los quatro primeros Psalmos Penitenciales, o el Psalmo 90. que empieza: **Qui habitat in adiutorio, &c.** con el Gloria Patri al fin. Despues dirà: **K yrie eleison. C hriste eleison. K yrie eleison. P ater noster, &c. v̄.** Et ne nos inducas in tentationem. **R.** Sed libera nos à malo. **v̄.** Saluum fac seruum tuum. **R.** Deus meus sperantem in te. **v̄.** Mitte ei Domine auxilium de sancto. **R.** Et de Sion tuere eum. **v̄.** Nihil proficiat inimicus in eo. **R.** Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. **v̄.** Esto ei Domine turris fortitudinis. **R.** A facie inimici. **v̄.** Dominus opem ferat illi. **R.** Super lectum doloris eius. **v̄.** Domine exaudi orationem meam. **R.** Et clamor meus ad te veniat. **v̄.** Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.

O remus.

Deus, cui proprium est misereri semper, & parcere: suscipe deprecationem nostram: vt nos, & hunc famulum tuum, quos delictorū catena constringit, miseratio tuæ pietatis clementer absoluat.

D eus infirmitatis humanæ singulare præsidium;

auxilij

auxilij tui super infirmum famulum tuum ostende virtutem, vt ope misericordiæ tuæ adiutus, Ecclesiæ tuæ sanctæ incolumis repræsentari mereatur.

Concede hunc famulum tuum, quæsumus Domine Deus, perpetua mentis & corporis sanitate gaudere; & gloriosa beatæ Mariæ semper virginis intercessione, à præsentis liberari tristitia, & æterna perfrui lætitia. Per Christum Dominum nostrum. **R.** Amen.

Benedictio Dei omnipotentis, Patris, ✠ & Filij, & Spiritus sancti, descendat super te, & maneat semper. **R.** Amen.

Luego roziarà al enfermo con agua bendita.

Estos Psalmos, Euangelios, y Preces que se siguen, se podran dezir a arbitrio del Sacerdote, segun el tiempo diere lugar, y el deseo de los enfermos. Psal. 6. **Domine ne in furore tuo arguas me, &c.** y al fin Gloria Patri, Sicut erat. como arriba pag. 129. **v̄.** Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo. **v̄.** Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum. **R.** Gloria tibi Domine.

Y mientras el Sacerdote dixere: **Sequentia sancti, &c.** harà la señal de la Cruz, como se acostumbra, primero sobre su frente, boca, y pecho, y luego sobre el enfermo en los mismos lugares, si fuere varon, y no se pudiere santiguar el mismo, por estoruarlo su enfermedad.

V 2

Pero

Pero si fuere hembra, mientras se persignare el Sacerdote, se persignarà ella tambien en los mismos lugares (si pudiere) y si no, la persignarà otra hembra. Y esto mismo se guardarà en los siguientes Euangelios.

Matth. 8.

IN illo tempore: Cùm introisset IESVS Capharnaum, accessit ad eum Centurio rogans eum, & dicens: Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, & malè torquetur. Et ait illi IESVS: Ego veniam, & curabo eum. Et respondens Centurio, ait: Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meũ, sed tantũ dic verbo, & sanabitur puer meus. Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites, & dico huic: Vade, & vadit; & alij: Veni, & venit; & seruo meo: Fac hoc, & facit. Audiens autem IESVS miratus est, & sequentibus se dixit: Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Israël. Dico autem vobis, quòd multi ab Oriente & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, & Isaac, & Iacob in regno cælorum: filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & stridor dentium. Et dixit IESVS Centurioni: Vade, & sicut credidisti, fiat tibi. Et sanatus est puer in illa hora.

Oremus.

OMnipotens sempiternè Deus, salus eterna credentiũ, exaudi nos pro infirmo famulo tuo. *N.*

pro

pro quo misericordiæ tuæ imploramus auxilium, vt reddita sibi fanitate, gratiarum tibi in Ecclesia tua referat actiones. Per Christum Dominum nostrum.
R. Amen.

Psalms 13.

Conserua me Domine, quoniam speravi in te: dixi Domino, Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.

Sanctis, qui sunt in terra eius: mirificauit omnes voluntates meas in eis.

Multiplicatæ sunt infirmitates eorum: postea accelerauerunt.

Non congregabo conuenticula eorum de sanguinibus: nec memor ero nominum eorum per labia mea.

Dominus pars hereditatis meæ, & calicis mei: tu es qui restitues hereditatem meam mihi.

Funes ceciderunt mihi in præclaris: etenim hereditas mea præclara est mihi.

Benedicam Dominum, qui tribuit mihi intellectũ: insuper & vsque ad noctem increpauerunt me renes mei.

Prouidebam Dominum in conspectu meo semper: quoniam à dextris est mihi, ne commouear.

Propter hoc lætatum est cor meum, & exultauit lingua mea: insuper & caro mea requiescet in spe.

Quoniam non derelinques animam meam in inferno:

V 3

ferno:

ferno: nec dabis sanctum tuum videre corruptionē.
 Notas mihi fecisti vias vitæ, adimplebis me lætitia
 cum vultu tuo: delectationes in dextera tua vsque
 in finem.

Gloria Patri. Sicut erat, &c.

ŷ. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

ŷ. Sequentia sancti Euangelij secundum Marcum.

R. Gloria tibi Domine. *Marc. 16.*

In illo tempore: Recumbentibus vndecim disci-
 pulis, apparuit illis IESVS, & exprobrauit incre-
 dulitatem eorum, & duritiam cordis, quia his, qui
 viderant eum resurrexisse, non crediderunt. Et dixit
 eis: Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euan-
 gelium omni creaturæ. Qui crediderit, & baptiza-
 tus fuerit, saluus erit: qui verò non crediderit, con-
 demnabitur. Signa autem eos, qui crediderint, hæc
 sequentur. In nomine meo dæmonia eijcient: lin-
 guis loquentur nouis: serpentes tollent; & si morti-
 ferum quid biberint, non eis nocebit. Super ægros
 manus imponent, & benè habebunt.

Oremus. Oratio.

Virtutū cælestiū Deus, qui ab humanis corpori-
 bus omnem languorē, & omnē infirmitatem
 præcepti tui potestate depellis: adesto propitius huic
 famulo tuo. N. vt fugatis infirmitatibus, & viribus re-
 ceptis, nomen sanctum tuū, instaurata protinus sani-
 tate, benedicat. Per Christum Dñm nostrū. R. Amē.

Pfal-

Psalms 19.

Exaudiat te Dominus in die tribulationis; pro-
 tégat te nomen Dei Iacob.

Mittat tibi auxilium de sancto: & de Siō tueatur te.
 Memor sit omnis sacrificij tui: & holocaustum tuum
 pingue fiat.

Tribuat tibi secundum cor tuum: & omne consi-
 lium tuum confirmet.

Lætabimur in salutari tuo: & in nomine Dei nostri
 magnificabimur.

Impleat Dominus omnes petitiones tuas: nunc
 cognoui quoniam saluum fecit Dominus Christum
 suum.

Exaudiet illum de cælo sancto suo: in potentatibus
 salus dexteræ eius.

Hi in curribus, & hi in equis: nos autem in nomine
 Domini Dei nostri inuocabimus.

Ipsi obligati sunt, & ceciderunt: nos autem surrexi-
 mus, & erecti sumus.

Domine saluum fac regem: & exaudi nos in die, qua
 inuocauerimus te. Gloria Patri.

ŷ. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

ŷ. Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

R. Gloria tibi Domine. *Luc. 4.*

In illo tempore: Surgens IESVS de synagoga in-
 troiuit in domum Simonis. Socrus autem Simo-
 nis tenebatur magnis febribus: & rogauerunt illum

pro

pro ea. Et stans super illam imperavit febrī, & dimisit illam, & continuo surgens ministrabat illis. Cum autem sol occidisset, omnes, qui habebant infirmos varijs languoribus, ducebant illos ad IESVM. At ille singulis manus imponens, curabat eos.

O remus.

Oratio.

Domine sancte, Pater omnipotēs, eterne Deus, qui fragilitatem humanæ conditionis, infusa virtutis tuæ dignatione, confirmas, vt salutaribus remedijs pietatis tuæ corpora nostra & mentes vegetentur: super hunc famulum tuum propitius intēde; vt omni necessitate corporeæ infirmitatis exclusa, gratia in eo pristinæ sanitatis perfectè reparetur. Per Christum Dominum nostrum. R̄. Amen.

Psalms 85.

Inclina Domine aurem tuam, & exaudi me: quoniam inops & pauper sum ego.

Custodi animam meam, quoniam sanctus sum: saluum fac seruum tuum, Deus meus, sperantem in te.

Miserere mei Domine, quoniam ad te clamaui tota die: lætifica animam serui tui, quoniam ad te Domine animam meam leuaui.

Quoniam tu Domine suavis & mitis: & multæ misericordiæ omnibus inuocantibus te.

Auribus percipe Domine orationem meam: & intende voci deprecationis meæ.

In

In die tribulationis meæ clamaui ad te: quia exaudisti me.

Non est similis tui in dijs Domine: & non est secundum opera tua.

Omnes gentes quascumque fecisti, venient, & adorabunt coram te Domine: & glorificabunt nomen tuum.

Quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia: tu es Deus solus.

Deduc me Domine in via tua, & ingrediar in veritate tua: lætetur cor meum, vt timeat nomen tuum.

Confitebor tibi Domine Deus meus in toto corde meo: & glorificabo nomen tuum in æternum.

Quia misericordia tua magna est super me: & eruisti animam meam ex inferno inferiori.

Deus iniqui insurrexerunt super me, & synagoga potentium quæsierunt animam meam: & non proposuerunt te in conspectu suo.

Et tu Domine Deus miserator, & misericors: patiens, & multæ misericordiæ, & verax.

Respice in me, & miserere mei: da imperium tuum puero tuo, & saluum fac filium ancillæ tuæ.

Fac mecum signum in bonum, vt videant qui oderunt me, & confundantur: quoniam tu Domine adiuuisti me, & consolatus es me.

Gloria Patri. Sicut erat.

ψ. Dominus vobiscum. R̄. Et cum spiritu tuo.

X

ψ. Se-

¶ Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem.
R. Gloria tibi Domine. *Ioan. 5.*

IN illo tempore: Erat dies festus Iudæorum, & ascendit IESVS Ierosolymam. Est autem Ierosolymis probatica piscina, quæ cognominatur Hebraicè Bethsaida, quinque porticus habens. In his iacebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorum expectantium aquæ motum. Angelus autem Domini descendebat secundum tempus in piscinam, & mouebatur aqua. Et qui prior descendisset in piscinam post motionem aquæ, sanus fiebat à quacumque detinebatur infirmitate. Erat autem quidam homo ibi triginta & octo annos habens in infirmitate sua. Hunc cum vidisset IESVS iacentem, & cognouisset, quia multum iam tempus haberet, dicit ei: Vis sanus fieri? Respondit ei languidus: Domine, hominem non habeo, ut cum turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam: dum venio enim ego, alius ante me descendit. Dicit ei IESVS: Surge, tolle grabatum tuum, & ambula. Et statim sanus factus est homo ille, & sustulit grabatum suum, & ambulabat. Erat autem sabbatum in die illo. Dicebant ergo Iudæi illi qui sanatus fuerat: Sabbatum est, non licet tibi tollere grabatum tuum. Respondit eis: Qui me sanum fecit, ille mihi dixit: Tolle grabatum tuum, & ambula. Interrogauerunt ergo eum. Quis est ille homo, qui dixit tibi: Tolle grabatum tuum, & ambula?

Is autem, qui sanus fuerat effectus, nesciebat quis esset. IESVS autem declinavit à turba constituta in loco. Postea inuenit eum IESVS in templo, & dixit illi: Ecce sanus factus es: iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.

O remus.

Oratio.

Respice Domine famulum tuum in infirmitate sui corporis laborantem, & animam refoue, quæ creasti, ut castigationibus emendatus, continuo se sentiat tua medicina saluatū. Per Christum Dñm nostrum. R. Amen. *Psalmus 90.*

Qui habitat in adiutorio Altissimi: in protectione Dei cæli commorabitur.

Dicet Domino, Susceptor meus es tu, & refugium meum: Deus meus, sperabo in eum.

Quoniam ipse liberauit me de laqueo venantium: & à verbo aspero.

Scapulis suis obumbrabit tibi: & sub pennis eius sperabis.

Scuto circumdabit te veritas eius: non timebis à timore nocturno.

A sagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris: ab incurſu, & dæmonio meridiano.

Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis: ad te autem non appropinquabit.

Verumtamen oculis tuis considerabis: & retributionem peccatorum videbis.

Quoniam tu es Domine spes mea : altissimum posuisti refugium tuum.

Non accedet ad te malum : & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.

Quoniam Angelis suis mandauit de te : vt custodiant te in omnibus vijs tuis.

In manibus portabunt te : ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum.

Super aspidem & basiliscum ambulabis : & conculcabis leonem & draconem.

Quoniam in me sperauit, liberabo eum : protegam eum, quoniam cognouit nomen meum.

Clamabit ad me, & ego exaudiam eum : cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum.

Longitudine dierum replebo eum : & ostendam illi salutare meum.

Gloria Patri. Sicut erat.

Oramus. Oratio.

OMnipotēs sempiternae Deus, infirmitatem famuli tui propitius respice, atque ad protegendum eum dexteram tuæ maiestatis extende. Per Christum Dominum nostrum. *R.* Amen.

Acabada esta vltima Oracion, pondra el Sacerdote la mano derecha sobre la cabeça del enfermo, y dirà:

Super ægros manus imponent, & benè habebunt. IESVS Mariæ filius, mundi salus, & Dominus, meritis

&

& intercessione sanctorum Apostolorum suorum Petri & Pauli, & omnium Sanctorum, sit tibi clemēs & propitius. Amen. Luego dirà el y. Dominus vobiscum. *R.* Et cum spiritu tuo.

y. Initium sancti Euangelij secundum Ioannem.

R. Gloria tibi Domine. *Ioan. I.*

IN principio erat Verbum: & Verbum erat apud Deum: & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil. Quod factum est, in ipso vita erat: & vita erat lux hominum: & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes. Hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine: vt omnes crederent per illum. Non erat ille lux: sed vt testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientē in hunc mundum. In mundo erat: & mundus per ipsum factus est: & mundus eum nō cognouit. In propria venit: & sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri: his, qui credunt in nomine eius. Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri: sed ex Deo nati sunt. **ET VERBUM CARO FACTUM EST:** & habitauit in nobis [& vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à Patre] plenum gratiæ & veritatis. *R.* Deo gratias.

X 3

PRætende Domine misericordiam tuam famu-
lis, & famulabus tuis, dexteramque cælestis
auxilij; vt te toto corde perquirant, & quæ dignè
postulant assequantur. Per Christum Dominum no-
strum. R̄. Amen.

Y acabada la Oracion, dexando la capa, y toman-

do

do el manipulo y casulla, empearà la Missa, la qual
se ha de celebrar segun se contiene en el Missal Ro-
mano, reformado, de la Santidad de nuestro Beatif-
simo Padre Clemente Papa Octauo, pro Sponso &
Sponsa, guardando en todo el orden del dicho
Missal.

Despues de la eleuacion del Santissimo Sacra-
mento, el Sacristan, ò Ministro, pondra el velo en el
cuello del desposado, y en la cabeça de la desposada,
y el yugo, ò cinta a los cuellos de los dos.

Auiendo dicho el Pater noster, el Sacerdote an-
tes que diga: Libera nos quæsumus Domine (si no
huuere sido otra vez velada la nouia; que si lo hu-
uiese sido, no lo dirà) estando en el lado de la Epif-
tola, buelto a los desposados y al Altar, dirà las si-
guientes Oraciones.

Oremus.

Oratio.

Propitiare Domine supplicationibus nostris, &
institutis tuis, quibus propagationem humani
generis ordinasti, benignus assiste: vt quod te aucto-
re iungitur, te auxiliante seruetur. Per Dominum.

Oremus.

DEus, qui potestate virtutis tuæ de nihilo cun-
cta fecisti: qui dispositis vniuersitatis exordijs,
homini ad imaginem Dei facto, ideo inseparabi-
le mulieris adiutorium condidisti; vt femineo cor-
pori de virili dares carne principium, docens

quod

quod ex vno placuisset institui, nunquam licere dis-
iungi: Deus, qui tam excellenti mysterio coniuga-
lem copulam consecrasti, vt Christi & Ecclesie Sa-
cramentum præsignares in fœdere nuptiarum: Deus,
per quem mulier iungitur viro, & societas principa-
liter ordinata, ea benedictione donatur, quæ sola nec
per originalis peccati poenâ, nec per diluuij est abla-
ta sententiam: Respice propitius super hæc famulam
tuam, quæ maritali iungenda consortio, tua se expe-
tit protectione muniri: sit in ea iugum dilectionis &
pacis: fidelis & casta nubat in Christo, imitatrixque
Sanctarum permaneat feminarum: sit amabilis vi-
ro vt Rachel: sapiens vt Rebecca: longæua & fidelis
vt Sara: nihil in ea ex actibus suis ille auctor præuari-
cationis vsurpet: nexa fidei, mandatisque permaneat:
vni thoro iuncta, contactus illicitos fugiat: muniat
infirmitatem suam robore disciplinæ: sit verecundia
grauis, pudore venerabilis, doctrinis cælestibus eru-
dita: sit fecunda in sobole, sit probata & innocens: &
ad beatorum requiem, atque ad cælestia regna per-
ueniat: & videant ambo filios filiorum suorum, vsque
in tertiam & quartam generationem: & ad opta-
tam perueniant senectutem. Per eundem Domi-
num. &c.

Entonces el Sacerdote, buelto al medio del Altar,
dirà: Libera nos quæsumus, y lo demas, prosiguien-
do la Missa, como en el ordinario del Missal se sigue.

Y des-

y despues de auer consumido la sangre, si huuieren
de comulgar los desposados, los comulgarà, y pro-
seguirà la Missa.

Auiendo dicho **Benedicamus Domino** (ò si à la
Missa de aquel dia le conuiniere: **Itc Missa est**) el
Sacerdote, antes de dar la bendicion al pueblo, dirà
(ora ayan sido velados otra vez, ora no) buelto a
los desposados, la siguiente Oracion.

Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob sit
vobiscum: & ipse adimpleat benedictionem
suam in vobis: vt videatis filios filiorum vestrorum
vsque ad tertiam & quartam generationem: & po-
stea vitam æternam habeatis sine fine, adiuuante
Domino nostro IESV Christo: qui cum Patre, & Spi-
ritu Sancto viuit & regnat Deus, per omnia sæcula
sæculorum. **R.** Amen.

Acabada esta Oracion, el Sacristan, ò Ministro,
quitarà el velo y yugo a los desposados: luego el Sa-
cerdote con mucha grauedad amonestarà a los no-
uios como se sigue aqui.

YA que auéis recebido las bendiciones, segun la
costùbre de la Iglesia, lo q̄ os amonesto, es, que
os guardéis lealtad el vno al otro; y en tiempo de
oracion, y mayormente de ayunos, y festiuidades,
tengais castidad. El marido ame à la muger, y la
muger al marido: y que permanezcais en el temor
de Dios.

Xx

Des-

Despues los roziará con Agua bendita, y proseguirá en la Misa, diciendo: **Placeat tibi sancta Trinitas, &c.** dará la bendición, y dada dirá el Evangelio de san Iuan: **In principio erat Verbum, &c.** y acabado el Evangelio, entregará la esposa al esposo, dandoles las manos derechas, y diziendoles estas palabras: **Compañera os doy, y no sierua: amadla como Christo ama a su Iglesia: y embiados en paz.**

BENDICION QUE SE DA A LAS PARIDAS.

Segun la loable y pia costumbre deste Arçobispado, qualquier muger, despues del parto, tiene obligacion, y deue venir a su Parroquia a dar gracias a nuestro Señor, por el libramiento y buen suceso que tuuo en el.

Auiendo pues llegado la parida a las puertas de la Parroquial, el Beneficiado, Cura, ò otro Sacerdote, puesta la sobrepelliz, con estola blanca, lleuando al Sacristan con el hyssopo y este Manual, saldra a las puertas de la Iglesia, donde ha de estar la parida de rodillas, con vna vela encendida en la mano, y la roziará con agua bendita, diciendo el **ψ. Adiutorium nostrum in nomine Domini. R. Qui fecit cælum & terram. Añã. Hæc accipiet benedictionem à Domino. Psalm. D omni est terra, & plenitudo**

eius,

eius: orbis terrarū, & vniuersi qui habitant in eo, &c. todo como arriba, pag. 240. con G loria Patri, & Filio, &c. Acabado repetirá la Añã, **Hæc accipiet benedictionē à Dño, & misericordiam à Deo salutaris suo: quia hæc est generatio quærentium Dñm.**

Despues, poniendo la estremidad de la estola en la mano de la muger parida, afida della la entrará en la Iglesia, diciendo: **Ingrederetemplum Dei, adora Filium Beatæ MARIE Virginis, qui tibi fecunditatem tribuit prolis.**

Y auiendo entrado en la Iglesia, arrodillada delante del Altar mayor, hará oracion, dando gracias a nuestro Señor por los beneficios recibidos; y el Sacerdote dirá: **Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster, en secreto, hasta el ψ. Et ne nos inducas in tentationem. R. Sed libera nos à malo. ψ. Saluam fac ancillã tuam Domine. R. Deus meus sperantem in te. ψ. Mitte ei Domine auxilium de sancto. R. Et de Sion tuere cam. ψ. Nihil proficiat inimicus in ea. R. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. ψ. Dñe exaudi orationem meam. R. Et clamor meus, &c. ψ. Dñs vobiscum. R. Et cum spiritu tuo. Oremus.**

OMnipotens sempiterne Deus, qui per Beatæ MARIE Virginis partum fidelium parietium dolores in gaudium vertisti: respice propitius super hanc famulam tuam, ad templum sanctum tuum

Xx 2

pro

pro gratiarum actione lætam accedentem: & præ-
sta, vt post hanc vitam eiusdem beatæ Mariæ meri-
tis & intercessione, ad æternæ beatitudinis gaudia
cum prole sua peruenire mereatur. Per Christum
Dominum nostrum. Amē. Despues la roziarà otra
vez con agua bendita, en forma de Cruz, diciendo
Pax, & benedictio Dei omnipotentis Patris, &
Filij, & Spiritus sancti, descendat super te, & maneat
semper. Amen.

REGLAS GENERALES para las Bendiciones.

Hase de presuponer, que estas reglas y aduer-
tencias se han de entender en el uso de las bē-
diciones que competen a los que tan solamente son
Sacerdotes, y no en las de los Obispos: porque si biē
se pondran abaxo algunas, que son de la dignidad
Episcopal, todavia por cometerse muchas vezes
por justas causas el exercicio dellas a los simples Sa-
cerdotes, se ha de regular su uso conforme el poder
del orden de la persona a quien se cometen. Y assi, ni
los Sacerdotes, por ignorancia, ò temeridad han de
vsurpar en semejantes casos la potestad Episcopal,
ni exceder de la que su Orden les concede por su
propia autoridad.

Siem-

Siempre pues que el Cura, ò otro Sacerdote hu-
uiere de bendezir fuera de la Missa alguna cosa, ha
de estar con sobrepelliz y con estola del color con-
ueniente al Oficio del tiempo, excepto si en algun
caso el Missal no aduertiere otra cosa.

Hase de hazer qualquier bendicion, estando el Sa-
cerdote en pie, y descubierta la cabeza.

Al empear la bendicion ha de dezir siempre el
✠. **Adiutorium nostrum in nomine Domini.** *℣.* Et
cum Spiritu tuo. Luego dirà la Oraciō propia, vna,
ò muchas, segun se notare en su lugar.

Despues ha de roziar la cosa que se bendixere cō
Agua bendita: y donde se aduertiere que la incienso,
lo harà, sin dezir palabra.

Para hazer la bendicion, ha de tener cōsigo al Sa-
cristan, Acolito, ò otro Ministro, que traiga el ace-
tre del agua bendita, con el hyssopo, y este Manual,
ò el Missal.

No permitirà, que se pongan sobre el Altar las
cosas indecentes que se huieren de bendezir, como
lo serian las de comer, ò otras semejantes. Y para
evitar esto, se procure tener vna mesa aparejada en
lugar comodo, para que sobre ella se pongan, y se
les eche alli la bendicion.

Xx3

DE

DE LA BENDICION
DE LAS CANDELAS, PARA
entre año, fuera del dia de la Purificacion
de nuestra Señora.

℣. Adutorium nostrum in nomine Domini. *R.* Qui
fecit cælum & terram. Dominus vobiscum. *R.* Et
cum spiritu tuo.

Oremus.

Domine IESV Christe Fili Dei viui, benedic ✠
candelas istas supplicationibus nostris, infun-
de eis Domine per virtutem sanctæ Crucis: ✠ benedi-
ctionem cælestem, qui eas ad repellendas tene-
bras humano generi tribuisti: talemque benedi-
ctionem signaculo sanctæ Crucis: ✠ accipiant, vt
quibuscumque locis accensæ siue positæ fuerint,
discedant principes tenebrarum, & contremiscant,
& fugiant puidi cum omnibus ministris suis ab ha-
bitationibus illis: nec præsumant amplius inquie-
tare aut molestare seruietes tibi omnipotenti Deo.
Qui viuis & regnas in sæcula sæculorum. *R.* Amen.
Despues las roziará con Agua bendita.

DE

DE LA BENDICION
QUE SE DA A LAS CASAS
el Sabado Santo de la Pascua.

EL Cura, ò otro Sacerdote, puesta la sobrepe-
lliz, con estola blanca, y lleuando cõtigo al Sa-
cristan, ò otro Ministro, con el acetre del Agua ben-
dita (que se tomará de la pila Baptismal, antes de
auerle echado el chrisma) visitará las casas de su Pa-
rroquia, roziandolas con la dicha Agua bendita, y
al entrar en ellas dirá: Pax huic domui, & omni-
bus habitantibus in ea.

Despues roziará los lugares, y aposentos principa-
les de las casas, y a los moradores dellas, diciendo la
Antiphona: Vidi aquam egredientem de templo à
latere dextro, alleluia: Et omnes, ad quos peruenit
aqua ista, salui facti sunt, alleluia, alleluia. y el Psalm.
Confitemini Domino quoniam bonus: quoniam in
sæculum misericordia eius. Gloria Patri, & Filio, &
Spiritu sancto. Sicut erat, &c. y se repite la An-
tiph. Vidi aquam, &c. y despues dirá el ℣. Oflen-
de nobis Domine misericordiam tuam, alleluia.
R. Et salutare tuum da nobis, alleluia. ℣. Domi-
ne exaudi orationem meam. *R.* Et clamor meus
ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. *R.* Et cum
spiritu tuo.

Oremus.

Oremus. Oratio.

EXaudi nos, Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, & sicut domos Hebræorum in exitu de Ægypto agni sanguine linitas (quod Pascha nostrum, in quo immolatus est Christus, figurabat) ab Angelo percutiente custodisti; ita mittere digneris sanctum Angelum tuum de cælis, qui custodiat, foueat, protegat, visitet atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per eundem Christum Dominum nostrum. *R.* Amen.

OTRA BENDICION PARA
las casas para otro tiempo con rozió de
Agua bendita.

EL Cura, ó otro Sacerdote, que entre año quisieren bendezir alguna casa particular, ó generalmēte las casas de sus Parroquianos, y demas fieles con Agua bendita; al entrar de las casas diràn: Pax huic domui, & omnibus habitantibus in ea. Despues quando ayan entrado en ellas, dirà en los lugares q̄ han de roziarse, la Antiphona: Asperges me Domine hyssopo, & mundabor: lauabis me, & super niuem dealabor. con el Psal. 50. Misere mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Sicut erat, &c. y se repetirà la Aña. Asperges me Domine &c. y lue-

go

go el *ψ*. Domine exaudi orationem meam. *R.* Et clamor meus ad te veniat. *ψ*. Dominus vobiscum. *R.* Et cum spiritu tuo.

Oremus. Oratio.

EXaudi nos Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, & mittere digneris sanctum Angelum tuum de cælis, qui custodiat, foueat, protegat, visitet, atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Christum Dñm nostrum. *R.* Amen. Despues la roziará con Agua bendita.

B E N D I C I O N D E
algun lugar.

ψ. Adiutorium nostrum in nomine Domini. *R.* Qui fecit cælum & terram. *ψ*. Domine exaudi orationem meam. *R.* Et clamor meus ad te veniat. *ψ*. Dominus vobiscum. *R.* Et cum spiritu tuo.

Oremus. Oratio,

Benedic ✠ Domine Deus omnipotens locum istum [ó domum istam] vt sit in eo [ó in ea] sanitas, castitas, victoria, virtus, humilitas, bonitas, & mansuetudo, plenitudo legis, & gratiarum actio Deo Patri, & Filio, & Spiritui sancto: & hæc benedictio maneat super hunc locum, & super habitantes in eo nunc & semper. *R.* Amen. Y rozielo con Agua bendita.

Yy

OTRA

OTRA BENDICION de casa nueua.

☩. Adiutorium nostrum in nomine Domini. *R.* Qui fecit cælum & terram. ☩. Dominus vobiscum. *R.* Et cum spiritu tuo. *O*remus.

TE Deum Patrem omnipotentem suppliciter exoramus pro hac domo, & habitatoribus eius, ac rebus: vt eam benedicere ✠ & sanctificare ✠ ac bonis omnibus ampliare digneris: tribue eis, Dñe, de rore cæli abundantiam, & de pinguedine terræ vitæ substantiam, & desideria voti eorum ad effectum tuæ miserationis perducas. Ad introitum ergo nostrum benedicere ✠ & sanctificare ✠ digneris hanc domum, sicut benedicere dignatus es domum Abraham, Isaac, & Iacob: & intra parietes domus istius Angeli tuæ lucis inhabitent, eamque & eius habitatores custodiant. Per Christum Dominum nostrum. *R.* Amen. Despues la roziarà con Agua bendita.

Bendicion del Thalamo.

☩. Adiutorium nostrum in nomine Domini. *R.* Qui fecit cælum & terram. ☩. Dominus vobiscum. *R.* Et cum spiritu tuo. *O*remus.

Benedic ✠ Domine thalamum hunc, vt omnes habitantes in eo in tua pace cōsistant, & in tua

volun-

voluntate permaneant, & senescant, & multiplicentur in longitudine dierum, & ad regna celorum perueniant. Per Christum Dominum nostrum. *R.* Amen. Despues roziarà el thalamo con Agua bendita.

BENDICION DE NAUE N V E V A.

☩. Adiutorium nostrum in nomine Domini. *R.* Qui fecit cælum & terram. ☩. Dominus vobiscum. *R.* Et cum spiritu tuo.

*O*remus.

Propitiare Domine supplicationibus nostris, & benedic ✠ nauem istam dextera tua sancta, & omnes qui in ea vehentur, sicut dignatus es benedicere arcam Noë ambulantem in diluuiio: porrige eis Domine dexteram tuam, sicut porrexisti beato Petro ambulanti supra mare: & mitte sanctum Angelum tuum de cælis, qui liberet & custodiat eam semper à periculis vniuersis, cum omnibus quæ in ea erunt: & famulos tuos repulsis aduersitatibus, portu semper optabili, cursuque tranquillo tuearis: transactisque ac rectè perfectis negotijs omnibus, iterato tempore ad propria cum omni gaudio reuocare digneris. Qui viuis & regnas, &c. Roziarà la nau con Agua bendita.

Yy 2

BEN-

B E N D I C I O N C O M V N

sobre las mieſſes y viñas.

✠. Adiutorium noſtrū in nomine Domini. R. Qui fecit cælum & terram. ✠. Domine exaudi orationē meam. R. Et clamor meus ad te veniat. ✠. Dominus vobiscum. R. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

O Ramus pietatem tuam omnipotens Deus, vt has primitias creaturæ tuæ, quas aëris & pluuiæ temperamento nutrire dignatus es, benedictionis tuæ imbre perfundas; & fructus terræ tuæ vſque ad maturitatem perducas. Tribuas quoque populo tuo de tuis muneribus tibi ſemper gratias agere, vt à fertilitate terræ eſurientium animas bonis affluentibus repleas, & egenus & pauper laudent nomē gloriæ tuæ. Per Chriſtum Dominū noſtrum. R. Amē.
Roziaràlas con Agua bendita.

B E N D I C I O N P A R A L O S

Peregrinos que han de ir à la
Tierrasanta.

L Os Peregrinos que huieren de ir à viſitar los lugares de la Tierrasanta, han de tomar letras patentes de recomendacion del Ordinario, al qual lleuaràn certificacion del Cura propio para conſe-

guirlas.

guirlas. Y teniendolas, auiedo diſpueſto ſus cosas, y confesadoſe de ſus pecados, oiràn Miſſa, y en ella ſe dirà la Oracion pro Peregrinantibus, y recebiràn el ſantiſſimo Sacramento de la Euchariftia, con mucha deuocion. Y acabada, dirà el Sacerdote que la huuiere dicho, ſobre ellos, eſtando arrodillados, las Preces ſiguientes.

Antiph. In viã pacis. Benedictus Dominus Deus Iſrael, &c. como arriba, pag. 317. con Gloria Patri al fin, y ſe repite la Antiph. In viam pacis & proſperitatis dirigat vos omnipotens & miſericors Dominus, & Angelus Raphaël comitetur vobiscum in via, vt cum pace, ſalute, & gaudio reuertatis ad propria. Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter, &c. ✠. Et ne nos inducas in tentationem. R. Sed libera nos à malo. ✠. Saluos fac ſeruos tuos. R. Deus meus ſperātes in te. ✠. Mitte eis Domine auxilium de ſancto. R. Et de Sion tuere eos. ✠. Eſto eis Domine turris fortitudinis. R. A facie inimici. ✠. Nihil proficiat inimicus in eis. R. Et filius iniquitatis nō apponat nocere eis. ✠. Benedictus Dominus die quotidie. R. Proſperū iter faciat nobis Deus ſalutarium noſtrorum. ✠. Vias tuas Domine demonſtra nobis. R. & ſemitas tuas edoce nos. ✠. Vtinam dirigantur viæ noſtræ. R. Ad custodiendas iuſtificationes tuas. ✠. Erunt praua in directã. R. Et aſpera in vias planas. ✠. Angelis ſuis Deus

Yy 3

man-

mandauit de te. *R.* Vt custodiant te in omnibus vijs
tuis. *V.* Domine exaudi orationem meam. *R.* Et
clamor meus ad te veniat. *V.* Dominus vobiscum.
R. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

DEus, qui filios Israel per maris medium sicco
vestigio ire fecisti, quique tribus Magis iter ad
te stella duce pandisti; tribue eis, quæsumus, iter pro-
sperum, tempusque tranquillum: vt Angelo tuo san-
cto comite, ad eum quò pergunt locum, ac demum
ad æternæ salutis portum feliciter valeant peruenire.

DEus, qui Abraham puerum tuum de Vr Chal-
dæorum eductum, per omnes suæ peregrina-
tionis vias illæsum custodisti: quæsumus, vt hos fa-
mulos tuos custodire digneris: esto eis Domine in
procinctu suffragium, in via solatium, in æstu um-
braculum, in pluuia & frigore tegumentum, in lassitu-
dine vehiculum, in aduersitate præsidium, in lubri-
co baculus, in naufragio portus; vt te duce, quò ten-
dunt, prosperè perueniant, & demum incolumes ad
propria reuertantur.

Adesto, quæsumus Domine, supplicationibus
nostris, & viam famulorum tuorum in salutis
tuæ prosperitate dispone, vt inter omnes viæ & vitæ
huius varietates, tuo semper protegantur auxilio.

PRæsta, quæsumus omnipotens Deus, vt familia
tua per viam salutis incedat, & beati Ioannis
Præcursoris hortamenta sectando, ad eum, quem

præ-

prædixit, secura perueniat Dñm nostrum IESVM
Christum Filium tuum.

EXaudi Domine preces nostras, & iter famulo-
rum tuorum propitius comitare, atque miseri-
cordiam tuam, sicut vbique es, ita vbique largire,
quatenus à cunctis aduersitatibus tua opitulatione
defensi, gratiarum tibi referant actionem. Per Chri-
stum Dominum nostrum. *R.* Amen, Pax & Bene-
dictio. *✠* Dei omnipotentis, Patris, & Filij, & Spiri-
tus sancti, descendat super vos & maneat semper.
Amen. Despues los roziaràn con Agua bendita.

Y si fuere vno solo el que huuiere de peregrinar, se
dirà todo lo de arriba en singular. Y si el mismo Sa-
cerdote huuiere de ir en su compañía en la peregrina-
cion, lo dirà en la primera persona del numero
plural, de manera que lo aplique como mas con-
uenga al buen sentido de lo que dixere.

B E N D I C I O N D E L O S

Peregrinos despues de su buelta.

V. Adiutorium nostrum in nomine Domini. *R.* Qui
fecit cælum & terram. Antiph. Ecce sic benedic-
tur homo, qui timet Dominum.

Psalmus 127.

BEati omnes qui timent Dominum: quiambu-
lant in vijs eius.

I abo-

L abores manuum tuarum quia manducabis : beatus es, & benè tibi erit.

Vxor tua sicut vitis abundans: in lateribus domus tue.

Filij tui sicut nouellæ oliuarum: in circuitu mense tue.

Ecce sic benedicetur homo: qui timet Dominum.

Benedicat tibi Dominus ex Sion : & videas bona Ierusalem omnibus diebus vitæ tuæ.

Et videas filios filiorum tuorum : pacem super Israel.

Gloria Patri, &c. Antiphona. Ecce sic benedicetur

homo, qui timet Dominum. Kyrie eleison. Christe

eleison. Kyrie eleison. Pater noster, &c. *Ps.* Et ne

nos inducas in tentationem. *R.* Sed libera nos à

malo. *V.* Benedicti qui veniunt in nomine Domini.

R. Benedicti vos à Domino, qui fecit cælum & ter-

ram. *V.* Respice Domine in seruos tuos, & in opera

tua. *R.* Et dirige eos in viam mandatorum tuorum.

V. Domine exaudi orationem meam. *R.* Et clamor

meus ad te veniat. *V.* Dominus vobiscum. *R.* Et

cum spiritu tuo. *Oremus.*

Largire quæsumus Dñe famulis tuis indulgentiam placatus & pacem, vt pariter ab omnibus mudentur offensis, & secura tibi mente deseruiant.

Omnipotens sempiterne Deus, nostrorum temporum vitæque dispositor, famulis tuis continua tranquillitatis largire subsidium, vt quos in culmes proprijs laboribus reddidisti, tua facias protectione securos.

Deus

Deus humilium visitator, qui nos fraterna dilectione consolaris, præte societati nostræ gratiam tuam, vt per eos, in quibus habitas, tuum nobis sentiamus aduentum. Per Dominum nostrum, &c.

Despues los roziarà el Sacerdote con Agua bendita, diziendo:

Pax, & benedictio ✠ Dei omnipotentis Patris, & Filij, & Spiritus sancti, descendat super vos & maneat semper. Amen.

B E N D I C I O N E S D E L A S cosas de comida principalmente en la Pascua.

Bendicion del Cordero Pascual.

V. Adiutorium nostrum in nomine Domini. *R.* Qui fecit cælum & terram. *V.* Dominus vobiscum. *R.* Et cum spiritu tuo. *Oremus.*

Deus, qui per famulum tuum Moysen, in liberatione populi tui de Ægypto, agnū occidi iussisti, in similitudinē Dñi nostri IESV Christi, & utroque postes domorum de sanguine eiusdem agni perungi præcepisti: tu benedicere ✠ & sanctificare ✠ digneris hanc creaturam carnis, quam nos famuli tui ad laudem tuam sumere desideramus, per resurrectionem eiusdem Domini nostri IESV Christi. Qui tecum viuit & regnat in sæcula sæculorum. *R.* Amen. Y luego lo roziarà con Agua bendita.

Zz

BEN-

Bendicion de los hueuos.

¶. Adiutorium nostrum in nomine Domini. R. Qui fecit cælū & terram. ¶. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Subueniat, quæsumus Domine, tuæ benedictionis ✠ gratia huic ouorum creaturæ, vt cibus salubris fiat fidelibus tuis, in tuarum gratiarum actione sumentibus, ob resurrectionem Domini nostri IESV Christi, qui tecum viuit & regnat in sæcula sæculorum. R. Amen. Rozielos con Agua bendita.

Bendicion del pan.

¶. Adiutorium nostrum in nomine Domini. R. Qui fecit cælū & terram. ¶. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Domine IESV Christe, panis Angelorum, panis viuus æternæ vitæ, benedicere ✠ dignare panem istum, sicut benedixisti quinque panes in deserto; vt omnes ex eo gustantes, inde corporis & animæ percipiant sanitatem. Qui viuis & regnas in sæcula sæculorum. R. Amen. Y rozielo con Agua bendita.

Otra

Otra Bendicion del pan.

¶. Adiutorium nostrum in nomine Domini. R. Qui fecit cælū & terram. ¶. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, benedicere ✠ digneris hunc panem tuæ sanctæ spirituali benedictione: vt sit omnibus sumētibus salus mentis & corporis, atque contra omnes morbos, & vniuersas inimicorum insidias tutamen. Per Dominum nostrum IESVM Christum filium tuū, panem viuum, qui de cælo descendit, & dat vitam & salutem mundo: & tecum viuit & regnat in vniuersitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. R. Amen. Rozielo con Agua bendita.

B E N D I C I O N D E L O S
frutos nueuos.

¶. Adiutorium nostrum in nomine Domini. R. Qui fecit cælum & terrā. ¶. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Benedic ✠ Domine hos nouos fructos N. & præsta: vt qui ex eis in tuo sancto nomine vescantur, corporis & animæ salute potiantur. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen. Y rozielos con Agua bendita.

Zz 2

BEN-

B E N D I C I O N . P A R A qualquier cosa de comer.

✠. Adiutorium nostrum in nomine Domini. R. Qui fecit cælum & terrã. V. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo. O remus.

Benedic ✠ Domine creaturam istam N. vt sit remediũ salutare generi humano: & præsta per inuocationem sancti nominis tui, vt quicumque ex ea sumpserint, corporis sanitatem, & animæ tutelam percipiant. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen. Roziarã la con Agua bendita.

Bendicion de Azeite liquido.

✠. Adiutorium nostrum in nomine Domini. R. Qui fecit cælum & terram.

E X O R C I S M V S .

Exorcizo te creatura olei per Deum Patrem ✠ omnipotentem, qui fecit cælum & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt. Omnis virtus aduersarij, omnis exercitus diaboli, & omnis incurfus, omne phãasma satanæ eradicare & effugare ab hac creatura olei, vt fiat omnibus qui eo vsuri sunt, salus mētis & corporis, in nomine Dei Patris ✠ omnipotentis, & IESV ✠ Christi Filij eius Domini nostri, & Spiritus sancti ✠ paracliti, & in charitate eiusdem Domini

mini nostri IESV Christi, qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & sæculum per ignem. R. Amen. V. Domine exaudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te veniat. V. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo. O remus. Oratio.

Domine Deus omnipotens, cui astat exercitus Angelorum cum tremore, quorum seruitium spirituale cognoscitur, dignare respicere, & benedicere ✠ & sanctificare ✠ hanc creaturam olei, quam ex oliuarum succo eduxisti, & ex eo infirmos inungi mandasti, quatenus sanitate percepta, tibi Deo viuo & vero gratias agerent: præsta quæsumus, vt hi, qui hoc oleo, quod in tuo nomine benedicimus, ✠ vsi fuerint, ab omni læguore, omniq; infirmitate, atque cunctis insidijs inimici liberentur, & cunctæ aduersitates separentur à plasmate tuo, quod pretioso Sanguine Filij tui redemisti: vt nūquam lædatur à morsu serpētis antiqui. Per eundem Dñm nostrum IESVM Christum Filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate, &c. Roziarã el azeite con Agua bendita.

B E N D I C I O N E S Q V E
tocan à los Obispos, ò à otros por especial facultad.

B E N D I C I O N D E L A S V E S T I D V R A S
Sacerdotales en general.

✠. Adiutorium nostrum in nomine Domini. R. Qui fecit

fecit cælū & terram. *Ps.* Dominus vobiscum. *R.* Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, qui per Moysen famulum tuum Pontificalia & Sacerdotalia seu Leuitica vestimenta, ad explendum in conspectu tuo ministerium eorum, ad honorem & decorem nominis tui fieri decreuisti: adesto propitius inuocationibus nostris, & hæc indumenta Sacerdotalia, desuper irrigate gratia tua, ingenti benedictione per nostræ humilitatis seruitium purificare ✠, benedicere ✠, & consecrare ✠ digneris: vt diuinis cultibus & sacris mysterijs apta & benedicta existant: his quoque sacris vestibus Pontifices, & Sacerdotes, seu Leuitæ tui induti, ab omnibus impulsionebus seu tentationibus malignorum spirituum muniti & defensi esse mereantur; tuisque mysterijs aptè & condignè seruire & inhærere, atque in his tibi placitè & deuotè perseuerare tribue. Per Christum Dominum nostrum. *R.* Amen.

Oremus.

Deus, inuictæ virtutis triumphator, & omnium rerum creator ac sanctificator: intède propitius preces nostras, & hæc indumenta Leuiticæ, Sacerdotalis & Pontificalis gloriæ, ministris tuis fruenda tuo ore proprio benedicere ✠, sanctificare ✠, & consecrare ✠ digneris: omnesque eis vtentes, tuis mysterijs aptos, & tibi in eis deuotè ac laudabiliter

ser-

seruientes, gratos efficere digneris. Per Dominum nostrum IESVM Christum, &c.

Oremus.

Domine Deus omnipotēs, qui vestimenta Pontificibus, Sacerdotibus, & Leuitis in vsum tabernaculi foederis necessaria Moysen famulum tuū agere iussisti, eumque spiritu sapientiæ ad id peragendum repleuisti: hæc vestimenta in vsum & cultum mysterij tui benedicere ✠, sanctificare ✠, & consecrare ✠ digneris: atque ministros Altaris tui, qui ea induerint, septiformis Spiritus gratia dignanter repleti, atque castitatis stola, beata facias cum bonorū fructu operum ministerij congruentis immortalitate vestiri. Per Christum Dominum nostrum. *R.* Amen. Despues rozia las vestiduras con Agua bendita.

B E N D I C I O N D E L A S Toallas, o Manteles del Altar.

Ps. Adiutorium nostrum in nomine Domini. *R.* Qui fecit cælū & terram. *Ps.* Dominus vobiscum. *R.* Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Exaudi Domine preces nostras, & hæc lintamina sacri Altaris vsui præparata benedicere ✠ & sanctificare digneris. Per Christum Dominum nostrum. *R.* Amen.

Oremus.

Domi-

Domine Deus omnipotēs, qui Moyſen famulum tuum, ornamenta & lintheamina facere per quadraginta dies docuiſti, quæ etiam Maria texuit, & fecit in uſum miniſterij, & tabernaculi fœderis: benedicere, ✠ ſanctificare, ✠ & conſecrare ✠ digneris hæc lintheamina ad tegendum inuolendumque Altare glorioſiſſimi Filij tui Domini noſtri IESV Chriſti. Qui tecum uiuit & regnat in unitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. *R.* Amen *Deſpues las rozia con Agua bendita.*

Bendicion de los Corporales.

✠. Adiutorium noſtrum in nomine Domini. *R.* Qui fecit cælum & terram, ✠. Dominus uobiscum. *R.* Et cum ſpiritu tuo. *O* remus.

Clemētiffime Domine, cuius inenarrabilis eſt uirtus, cuius myſteria arcanis mirabilibus celebrantur: tribue, quæſumus, ut hoc lintheamen tuæ propitiationis benedictione ✠ ſanctificetur ad conſecrandum ſuper illud Corpus & Sanguinem Dei & Domini noſtri IESV Chriſti Filij tui. Qui tecum uiuit & regnat in unitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. *R.* Amen.

O remus.

Omnipotens ſempiternæ Deus, benedicere, ✠ ſanctificare, ✠ & conſecrare ✠ digneris lin-

theamen

theamen iſtud ad tegendum inuolendumque Corpus & Sanguinem Domini noſtri IESV Chriſti Filij tui. Qui tecum uiuit & regnat. *R.* Amen.

O remus.

Omnipotens Deus, manibus noſtris opem tuæ benedictionis infunde: ut per noſtram benedictionem ✠ hoc lintheamen ſanctificetur, & Corporis ac Sanguinis Redēptoris noſtri nouum ſudarium, Spiritus ſancti gratia efficiatur. Per eundem, &c. in unitate eiufdem Spiritus ſancti. *R.* Amen.

Y los rozia con Agua bendita.

B E N D I C I O N D E L tabernaculo, ò vaſo para reſeruar la ſacrosanta Euchariftia.

✠. Adiutorium noſtrum in nomine Domini. *R.* Qui fecit cælum & terram. ✠. Dominus uobiscum. *R.* Et cum ſpiritu tuo.

O remus.

Omnipotens ſempiternæ Deus, maieſtatem tuam ſupplices deprecamur, ut vaſculum hoc pro corpore filij tui Domini noſtri IESV Chriſti in eo condendo fabricatum, benedictionis ✠ tuæ gratia dicare digneris. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum. *Deſpues lo rozia con Agua bendita.*

Aaa

BEN-

BENDICION DE CRUZ N V E V A.

ψ. Adiutorium nostrum in nomine Domini. R. Qui fecit cælum & terram. ψ. Domine exaudi orationem meã. R. Et clamor meus ad te veniat. ψ. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Oremus. Oratio.

Rogamus te, Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, vt digneris benedicere ✠ hoc signum Crucis, vt sit remedium salutare generi humano, sit soliditas fidei, profectus bonorum operum, redemptio animarum, sit solamē, & protectio, ac tutela contra sæua iacula inimicorum. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Otra Oracion para lo mismo.

Benedic ✠ Domine hanc Crucem tuam, per quam eripuisti mundum à dæmonum potestate, & superasti passionem tuam suggestorem peccati, qui gaudebat in præuaricatione primi hominis per ligni vetiti sumptionem. Aquí la roziará con Agua bendita. Sanctificetur hoc signum Crucis in nomine Patris ✠, & Filij ✠, & Spiritus ✠ sancti, vt orantes, inclinantesq; se propter Dominum ante istam Crucem, inueniant corporis & animæ sanitatem. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Despues

Despues el Sacerdote, arrodillado delante de la Cruz, deuotamente la adorará y besará, y lo mismo harán todos los circunstantes, si quisieren.

BENDICION DE LAS Imágenes de Iesu Christo Señor nuestro, y de la bienauenturada Virgen Maria, y de otros Santos.

ψ. Adiutorium nostrum in nomine Domini. R. Qui fecit cælum & terram. ψ. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Oremus. Oratio.

Omnipotens sempiternus Deus, qui Sanctorum tuorum imagines [ò effigies] sculpi, aut pingi non reprobas, vt quoties illas oculis corporeis intuemur, toties eorum actus & sanctitatem ad imitandum memoriæ oculis meditemur: hanc quæsumus, imaginem [ò sculpturam] in honorem & memoriam vnigeniti Filij tui Domini nostri IESV Christi [ò beatissimæ Virginis Mariæ Matris Domini nostri IESV Christi, ò beati N. Apostoli tui, ò Martyris, ò Confessoris, ò Pontificis, ò Virginis] adaptatam benedicere ✠ & sanctificare ✠ digneris: & præsta, vt quicumque coram illa vnigenitum Filium tuum [ò beatissimã Virginem, ò gloriosum Apostolum, ò Martyrem, ò Cōfessorem, ò

Aaa 2

Vir-

Virginem suppliciter colere & honorare studuerit, illius meritis, & obtentu à te gratiam in praesenti, & æternam gloriam obtineat in futurum. Per eundem Christum Dominum nostrum. *sc.* Amen.

Y juntamente las roziara con Agua bendita.

FORMA Y RITV QUE HA
de guardar el Sacerdote, à quien el Obispo cometière la bendicion, y imposicion de la primera piedra de alguna Iglesia.

Nadie puede edificar Iglesia, conforme à lo decretado por los sagrados Canones, sin autoridad, y licencia del Obispo.

Y porque se suele cometer algunas vezes al que es Sacerdote, la bendicion de la primer piedra, para edificar alguna Iglesia, se pondra aqui el orden y forma que se ha de guardar en semejante caso.

El dia antes de la bendicion de la primera piedra, el Sacerdote que huuiere de bendezirla, ò otro Sacerdote, fixaràn vna Cruz de madera en el lugar donde huuiere de estar el Altar de la Iglesia; y en el dia siguiente se pondra en el fundamento della la primer piedra, que ha de ser quadrada, y angular, y se bendezirà en la manera siguiente.

Vestido el Sacerdote con Amicto, Alba, Cingulo,

Estola,

Estola, y Capa blanca, acõpañado de los demas Sacerdotes, y Clerigos, bendezirà sal y agua (si ya no la huuiere bendita de antes) con la bendicion ordinaria, que se puso arriba, pag. 1. Y mientras el Clero cantare la Antiph. y Psal. siguiente, roziarà el lugar donde estuviere puesta la Cruz con Agua bendita.

Antiph. Signum salutis pone Domine IESV Christe in loco isto, & non permittas introire angelum percutientem.

Psalmus 83.

Quàm dilecta tabernacula tua Domine virtutum! concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini.

Cor meum & caro mea: exultauerunt in Deum viuum.

Et enim passer inuenit sibi domum: & turtur nidum sibi, vbi ponat pullos suos.

Altaria tua Dñe virtutum: rex meus & Deus meus.

Beati qui habitant in domo tua Domine: in sæcula sæculorum laudabunt te.

Beatus vir, cuius est auxilium abs te: ascensiones in corde suo disposuit in valle lacrymarum, in loco quem posuit.

Et enim benedictionem dabit legislator, ibunt de virtute in virtutem: videbitur Deus deorum in Sion.

Domine Deus virtutum exaudi orationem meam: auribus percipe Deus Iacob.

Protector noster aspice Deus: & respice in faciem Christi tui.

Aaa 3

Quia

Quia melior est dies vna in atrijs tuis: super millia.
Elegi abiectus esse in domo Dei mei: magis quam
habitare in tabernaculis peccatorum.

Quia misericordiam & veritatem diligit Deus: gratiam & gloriam dabit Dominus.

Non priuabit bonis eos qui ambulant in innocentia: Domine virtutum, beatus homo qui sperat in te.

Gloria Patri, & Filio.

Acabado el Psalmo, buelto el Sacerdote hàzia el lugar que roziò, dize: Oremus.

Domine Deus, qui licet cælo & terra non capiaris, domum tamen dignaris habere in terris, vbi nomen tuum iugiter inuocetur: locum hunc, quæsumus, beatæ Mariæ semper Virginis, & B. N. (nombrando al Santo, ò Santa, en cuyo honor y nombre se fundare la Iglesia) omniumque Sanctorum intercedentibus meritis, sereno pietatis tuæ intuitu visita, & per infusionem gratiæ tuæ ab omni inquinamento purifica, purificatumque conserua; & qui dilecti tui Dauid deuotionem in filij sui Salomonis opere compleuisti, in hoc opere desideria nostra perficere digneris; effugiantque omnes hinc nequitie spirituales. Per Dominum nostrum IESVM Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitæte Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. *R.* Amen.

Def.

Despues, estando en pie, bendize la primer piedra, diciendo:

✠. Adiutorium nostrum in nomine Domini. *R.* Qui fecit cælum & terram. ✠. Sit nomen Domini benedictum. *R.* Ex hoc nunc & vsque in sæculum. ✠. Lapidem, quem reprobauerunt ædificantes. *R.* Hic factus est in caput anguli. ✠. Tu es Petrus. *R.* Et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. ✠. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sæcula sæculorum, Amen.

Oremus.

Domine IESV Christe fili Dei viui, qui es verus omnipotens Deus, splendor & imago æterni Patris, & vita æterna, qui es lapis angularis de monte sine manibus abscissus, & immutabile fundamentum, hunc lapidem collocandum in tuo nomine confirma, & tu, qui es principium & finis, in quo principio Deus Pater ab initio cuncta creauit, sis, quæsumus, principium, & incrementum, & consummatio ipsius operis, quod debet ad laudem & gloriam tui nominis inchoari. Qui cum Patre & Spiritu sancto viuis & regnas Deus per omnia sæcula sæculorum. *R.* Amen.

Entonces rozia cõ Agua bendita la misma piedra, y labra en ella con vn cuchillo la señal de la Cruz en cada parte, diciendo: In nomine Patris ✠ & Filij ✠, & Spiritus ✠ sancti. *R.* Amen.

Ore.

Oremus.

Benedic ✠ Domine creaturam istam lapidis, & presta per inuocationem sancti tui nominis, ut quicumque ad hanc Ecclesiam ædificandam pure mente auxilium dederint, corporis sanitatem, & animæ medelam percipiant. Per Christum Dominum nostrum. *R.* Amen.

Despues se diràn las Letanias ordinarias, sin las Orationes que se ponen al fin dellas. Y auindolas dicho, teniendo preuenido el cimientto, y asistiendo alli el Maestro de la obra, el Sacerdote empezará, prosiguiendo el Clero, la Antiphona, Manè surgens Iacob erigebat lapidem in titulum: fundens oleum desuper, votum vouit Domino: Verè locus iste sanctus est, & ego nesciebam. *Psal. 126.*

Nisi Dominus ædificauerit domum: in vanum laborauerunt qui ædificant eam.

Nisi Dominus custodierit ciuitatem: frustra vigilat qui custodit eam.

Vanum est vobis ante lucem surgere: surgite postquam sederitis, qui manducatis panem doloris.

Cùm dederit dilectis suis somnum: ecce hereditas Domini, filij; merces, fructus ventris.

Sicut sagittæ in manu potentis: ita filij excussorum.

Beatus vir, qui impleuit desiderium suum ex ipsis: nõ confundetur cùm loquetur inimicis suis in porta.

Gloria Patri.

Y di-

Y dicho el Psalmo, estando en pie el Sacerdote, toca, y pone la misma primera piedra en el fundamento, diciendo:

In fide IESV Christi collocamus Lapidem istum primarium in hoc fundamento, In nomine Patris ✠, & Filij, ✠, & Spiritus ✠ sancti, ut vigeat vera fides hïc, & timor Dei, fraternaque dilectio; & sit hic locus destinatus orationi, & ad inuocandum & laudandum nomen eiusdem Domini nostri IESV Christi, qui cum Patre & Spiritu sancto viuit & regnat Deus, per omnia sæcula sæculorum. *R.* Amen.

En el interin el Maestro assienta la misma primera piedra cõ el cimientto; y despues el Sacerdote esparzirá sobre la piedra Agua bendita, diciendo: Asperges me Domine hyssopo, & mundabor, lauabis me, & super niuem dealabor. *Psal. Miserere mei Deus, secundum magnam, &c.* como arriba pagina 133. y se dize todo con Gloria Patri. Y acabado roziará el Sacerdote cõ Agua bēdita todos los fundamentos, si estuieren abiertos; y si no, rodará el lugar señalado para los fundamentos de la Iglesia, roziandolo; y quando empezare à roziar, empezará, prosiguiendo el Clero, la Antiph. O quàm metuendus est locus iste! verè non est hïc aliud, nisi domus Dei, & porta cæli. *Psal. 86.*

Fundamēta eius in mōtibus sanctis: diligit Dñs portas Sion super omnia tabernacula Iacob.

Bbb

Glo-

Gloriosa dicta sunt de te: ciuitas Dei.
Memor ero Rahab & Babylonis: scientium me.
Ecce alienigenæ, & Tyrus, & populus Æthiopum:
hi fuerunt illic.

Numquid Sion dicet, Homo, & homo natus est in
ea: & ipse fundauit eam Altissimus?

Dominus narrabit in scripturis populorum, & prin-
cipum: horum qui fuerunt in ea.

Sicut lætantium omnium: habitatio est in te.

Gloria Patri.

Añã. O quàm metuendus est locus iste! verè non
est hïc aliud, nisi domus Dei, & porta cæli. En el in-
terin que rozia los fundamentos abiertos, ò seña-
dos, y se repite la Antiph. estando en pie, dize: Ore-
mus. Los Ministros: Flectamus genua. R. Leuate.

OMnipotens & misericors Deus, qui Sacerdo-
tibus tuis tantam præ ceteris gratiam contu-
listi, vt quidquid in tuo nomine dignè perfecteque
ab eis agitur, à te fieri credatur: quæsumus immen-
sam clementiam tuam, vt quidquid modò visitaturi
sumus, visites: & quidquid benedicturi sumus, be-
ne ✠ dicas; sitque ad nostræ humilitatis introitum,
Sanctorum tuorum meritis, fuga demonum, Angeli
pacis ingressus. Per Christum Dominum nostrum.
R. Amen.

Deus, qui ex omnium cohabitatione Sancto-
rum æternum maiestati tuæ condidit habitacu-
lum:

lum: da ædificationi tuæ incrementa caelestia; vt
quod te iubente fundatur, te largiente perficiatur.
Per Christum dominum nostrum. R. Amen.

**FORMA Y RITV DE BEN-
dezir la Iglesia nueua, ò Oratorio publico
para que se pueda celebrar alli el santissi-
mo sacrificio de la Missa.**

EL Sacerdote que con licencia del Obispo hu-
uiera de bendezir la Iglesia nueua, para que en
ella se celebre legitimamente el santo sacrificio de
la Missa, puesta la sobrepelliz, con estola y capa blã-
ca, acompañado de algunos Sacerdotes y Clerigos,
lleuando el Sacristan la Cruz alta delãte, y los Aco-
litos los ciriales con velas encendidas, irà por la ma-
ñana a la puerta principal de la misma Iglesia, ò Ora-
torio; y alli, estando en pie, y con la cabeça descu-
bierta, buelto hàzia la puerta, dirà absolutamente es-
ta Oracion.

Actiones nostras, quæsumus Domine, aspiran-
do præueni, & adiuuando prosequere: vt cun-
ctæ nostræ oratio & operatio à te semper incipiat, &
per te cœpta finiatur. Per Christum Dominum no-
strum. Amen.

Despues empearà la Antiphona, Asperges me
Domine, &c. Y el Clero dirà a coros el Psalm. Mi-
ferere mei Deus. Y à la fin Gloria Patri.

Y en el interin el Sacerdote ha de rodear por defuera la Iglesia (la qual ha de estar dentro vazia , y desnuda de adornos de colgaduras , tapizes, ò otras cosas, y tambien los Altares, y sin que entre en ella el pueblo hasta q̄ se aya acabado la bendiciõ.) Y tomãdo primero el aspersorio, que ha de ser de yerua de hyssopo, empearã por la mano derecha à rozar las paredes della en la parte superior, y en los fundamentos, con Agua bendita, diziendo: *Asperges me Domine hyssopo, & mundabor: lauabis me, & super niuem dealabor.* Y bueltos al lugar dõde empeçò la bendicion, repetida la Antiphona por el Clero, el Sacerdote que la bendixere, estando (como arriba se aduertio) en pie, y descubierta la cabeça, buelto hàzia la Iglesia, dirã: *O remus.* Y los Ministros: *Flectamus genua. R. Leuate.* Oratio.

Domine Deus, qui licet celo & terra nõ capiaris, domũ tamen dignaris habere in terris, vbi nomen tuũ iugiter inuocetur: locũ hunc, quãsumus, beatæ Mariæ semper Virginis, & beati N. omniũq; Sanctorũ intercedẽtibus meritis, sereno pietatis tuæ intuitu visita, & per infusionem gratiæ tuæ ab omni inquinamento purifica, purificatumq; conserua; & qui dilecti tui Dauid deuotionem in filij sui Salomonis opere compleuisti, in hoc opere desideria nostra perficere digneris; effugiantq; omnes hinc nequitia spirituales. *Per Dominum nostrum, &c.*

Y aca-

Y acabada esta Oracion, entrarã todos de dos en dos procesionalmente hasta el Altar mayor cantãdo las Letanias. Y quãdo huieren dicho, *Vt omnibus fidelibus defunctis requiẽ æternã donare digneris, Te rogamus audi nos.* se leuatarã el Sacerdote, y cõ voz clara, y q̄ se entienda, dirã: *Vt hãc Ecclesiam, & Altare ad honorem tuum, & nomen sancti tui N. purgare & benedicere digneris, Te rogamus audi nos.* Y quãdo dixere, *Benedicere*, entonces bẽdezirã con la mano derecha la Iglesia, y Altar, y luego se boluerã a arrodillar, como lo estaua antes, hasta q̄ se acaben las Letanias: y los Cãtores proseguirã: *Vt nos exaudire digneris, Te rogamus audi nos. Fili Dei, Te rogamus audi nos. Agnus Dei, &c.* Y dicho el vltimo *Kyrie eleison*, estando el Sacerdote en pie, dirã: *O remus.* Y los Ministros: *Flectamus genua. R. Leuate.*

Præueniat nos, quãsumus Domine, misericordia tua, & intercedẽtibus omnibus Sãctis tuis, voces nostras clementia tuæ propitiationis anticipet. *Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.*

Demas desto, apartado del Altar vn poco, que sea en distancia congruente, y de rodillas, persignando se, dirã: *Deus in adiutorium meum intende.* Y luego se leuatarã en pie, y el Clero le responderã: *Domine ad adiuuandum me festina.* Y el mismo, estando en pie, dirã: *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto.*

Bbb 3

Y el

Y el Coro responderà: Sicut erat in principio, &c.
 Y despues el Sacerdote dirà: Oremus. Y los Ministros: Flectamus genua. R. Leuate. Oratio.

OMnipotens & misericors Deus, qui Sacerdotibus tuis tantam præ ceteris gratiam contulisti, vt quidquid in tuo nomine dignè perfecteq; ab eis agitur, à te fieri credatur, quæsumus immensam clementiam tuam, vt quidquid modò visitaturi sumus, visites, & quidquid benedicturi sumus, bene & dicas, sitque ad nostræ humilitatis introitum, Sanctorum tuorum meritis, fuga dæmonum, Angeli pacis ingressus. Per Dominum nostrum IESVM Christum filium tuum, &c.

Dicho esto, empearà la Antiph. Benedic Domine domū istam nomini tuo ædificatam. con los tres Psalms siguientes. Psalmus 119.

AD Dominum cum tribularet clamaui: & exaudiuit me.

Domine libera animam meam à labijs iniquis: & à lingua dolosa.

Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi: ad linguam dolosam?

Sagittæ potentis acutæ: cum carbonibus desolatorijs.

Hæc mihi, quia incolatus meus prolongatus est, habitavi cum habitantibus Cedar: multum incola fuit anima mea.

Cum

Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus: cum loquebar illis, impugnabant me gratis.

Gloria Patri. Psalmus 120.

Leuavi oculos meos in montes: vnde veniet auxilium mihi.

Auxilium meum à Dño: qui fecit cælum & terram.

Non det in commotionem pedem tuum: neque dormitet qui custodit te.

Eccè non dormitabit, neque dormiet: qui custodit Israël.

Dominus custodit te, Dominus protectio tua: super manum dexteram tuam.

Per diem sol non uret te: neque luna per noctem.

Dominus custodit te ab omni malo: custodiat animam tuam Dominus.

Dominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum, ex hoc nunc & vsque in sæculum.

Gloria Patri. Psalmus 121.

Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi: in domum Domini ibimus.

Stantes erant pedes nostri: in atrijs tuis Ierusalem.

Ierusalem, quæ ædificatur vt ciuitas: cuius participatio eius in idipsum.

Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Domini: testimonium Israël ad confitendum nomini Domini.

Quia illic sederunt sedes in iudicio: sedes super domum Dauid.

Roga-

Rogate quæ ad pacem sunt Ierusalem: & abundantia diligentibus te.

Fiat pax in virtute tua: & abundantia in turribus tuis.

Propter fratres meos, & proximos meos: loquebar pacem de te.

Propter domum Domini Dei nostri: quæsiui bona tibi.

Gloria Patri.

Antiph. Benedic Domine domum istam nomini tuo ædificatam.

Y en el interin roziará las paredes de adentro de la Iglesia, por la parte superior y inferior, empeçandolo à hazer por la parte del Euangelio, diciendo: Asperges me Domine, &c. Demas desto, auiendo buelto al Altar, dirà: Oremus. Flectamus genua.
R. Leuate.

DEus, qui loca nomini tuo dicanda sanctificas, effunde super hanc orationis domum gratiam tuam, vt ab omnibus hic nomen tuum inuocantibus auxilium tuæ misericordiæ sentiatur. Per Dominum nostrum IESUM Christum filium tuum, &c.

Acabado esto se dirà Missa del tiempo occurrente, ò del Santo de quien se rezará aquel dia.

Aunque se aya bendezido la Iglesia por el simple Sacerdote, en la forma arriba dicha, quando se aya de consagrar, ha de ser por el Obispo.

FOR.

FORMA Y RITV DE reconciliar la Iglesia violada, y que no està aun consagrada por el Obispo.

las Letanias mayores, se dirà al fin dellas: *Pater*
noster, &c. V. Et ne nos inducas in tentationem.
R. Sed libera nos à malo. Psalmus 45.

DEus noster refugium & virtus: adiutor in tri-
bulationibus, quæ inuenerunt nos nimis.
*P*ropterea non timebimus dum turbabitur terra: &
transferentur montes in cor maris.

*S*onuerunt, & turbatae sunt aquæ eorum: contur-
bati sunt montes in fortitudine eius.

*F*luminis impetus lætificat ciuitatem Dei: sanctifi-
cavit tabernaculum suum Altissimus.

*D*eus in medio eius, non commouebitur: adiuuabit
eam Deus manè diluculo.

Con-

Conturbatae sunt gentes, & inclinata sunt regna:
dedit vocem suam, mota est terra.

Dominus virtutum nobiscum: susceptor noster
Deus Iacob.

Venite, & videte opera Domini, quæ posuit pro-
digia super terram: auferens bella vsque ad finem
terræ.

Arcum conteret, & cōfringet arma: & scuta com-
buret igni.

Vacate, & videte quoniam ego sum Deus: exalta-
bor in gentibus, & exaltabor in terra.

Dominus virtutum nobiscum: susceptor noster
Deus Iacob. Gloria Patri.

*V. Exurge Domine adiuua nos. R. Et libera nos
propter nomē tuum. V. Saluum fac populum tuum
Domine. R. Deus meus sperantem in te. V. Fiat
pax in virtute tua. R. Et abundantia in turribus tuis.*

*V. Esto nobis Domine turris fortitudinis. R. A fa-
cie inimici. V. Arcum contere, & confringe arma.*

*R. Et scuta combure igni. V. Mitte nobis Domine
auxilium de Sancto. R. Et de Siō tuere nos. V. Do-
mine exaudi orationem meam. R. Et clamor meus
ad te veniat. V. Dominus vobiscum. R. Et cum spi-
ritu tuo.*

Oremus.

DEus, qui conteris bella, & impugnatores in te
sperantium potentia tuæ defensionis expu-
gnas, auxiliare famulis tuis implorantibus miseri-

LII

cor-

cordiam tuam, vt inimicorum suorum feritate de-
pressa, incessabili te gratiarum actione laudemus.

Oratio.

DEus, à quo sancta desideria, recta consilia, &
iusta sunt opera, da seruis tuis illam, quam
mundus dare non potest, pacem: vt & corda nostra
mandatis tuis dedita, & hostium sublata formidine,
tempora sint tua protectione tranquilla.

Oratio.

Hostium nostrorum, quæsumus Domine, eli-
de superbiam, & eorum cõtumaciam dexte-
ræ tuæ virtute prösterne. Per Dominum nostrum
IESVM Christum, &c.

Y si la guerra fuesse contra Turcos, y otros infie-
les, ò hereges, entonces se repetirà dos vezes, entre
las Preces de las Letanias: Vt inimicos sanctæ Ec-
clesiæ humiliare digneris; Te rogamus audi nos.
Y añadiráse: Vt Turcarum [ò hæreticorum] co-
natus reprimere, & ad nihilum redigere digneris, Te
rogamus, &c. Y dicho: Pater noster, se dirá el Psal-
mo siguiente.

Psalmus 78.

DEus venerunt gentes in hereditatem tuam,
polluerunt templum sanctum tuum: posue-
runt Ierusalem in pomorum custodiam.

Posuerunt morticina feruorum tuorum escas vola-
tilibus cæli: carnes sanctorum tuorum bestijs terræ.

Effu-

Effuderunt sanguinem eorum tamquam aquam in
circuitu Ierusalem: & non erat qui sepeliret.

Facti sumus opprobrium vicinis nostris: subfanna-
tio & illusio his qui in circuitu nostro sunt.

Vsq; quò Domine irascêris in finem: accendetur
velut ignis zelus tuus?

Effunde iram tuam in gentes, quæ te non nouerunt:
& in regna, quæ nomen tuum non inuocauerunt.

Quia comederunt Iacob: & locum eius desola-
uerunt.

Ne memineris iniquitatum nostrarum antiqua-
rum, citò anticipent nos misericordiæ tuæ: quia
pauperes facti sumus nimis.

A diuua nos Deus salutaris noster, & propter glo-
riam nominis tui Domine libera nos: & propitius
esto peccatis nostris propter nomen tuum.

Ne fortè dicant in gentibus: Vbi est Deus eorum?
& innotescat in nationibus coram oculis nostris.

Vltio sanguinis feruorum tuorum qui effusus est:
introeat in conspectu tuo gemitus compeditorum.
Secundùm magnitudinem brachij tui: posside fi-
lios mortificatorum.

Et redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum:
improperium ipsorum, quod exprobrauerunt tibi
Domine.

Nos autem populus tuus, & oues pascuæ tuæ: con-
fitebimur tibi in sæculum.

LII 2

In

In generationem & generationem: annuntiabimus
laudem tuam. Gloria Patri.

ψ. Saluos fac seruos tuos. R. Deus meus sperantes
in te. ψ. Esto nobis Dñe turris fortitudinis. R. A fa-
cie inimici. ψ. Nihil proficiat inimicus in nobis.
R. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis.
ψ. Hostium nominis tui Domine elide superbiam.
R. Et eorum contumaciam dexteræ tuæ virtute
prosterne. ψ. Fiant tamquam puluis ante faciem vē-
ti. R. Et Angelus Domini persequatur eos. ψ. Ef-
funde iram tuam in gentes, quæ te non nouerunt.
R. Et in regna quæ nomen tuum non inuocauerūt.
ψ. Mitte nobis Domine auxilium de Sancto. R. Et
de Sion tuere nos. ψ. Domine exaudi orationem
meam. R. Et clamor meus ad te veniat. ψ. Domi-
nus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

O remus, Oratio.

DA, quæsumus, Ecclesiæ tuæ, misericors Deus,
vt sancto Spiritu congregata, hostili nullate-
nus incurfione turbetur. Oratio.

DEus, qui culpa offenderis, pœnitentia placa-
ris, preces populi tui supplicantis propitius
respice, & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis
nostris meremur, auerte.

Oratio.

OMnipotens sempiternæ Deus, in cuius manu
sunt omnium potestates, & omnium iura re-

gno-

gnorum, respice in auxilium Christianorum, vt gen-
tes Turcarum [ò hæreticorum] quæ in sua feritate
confidunt, dexteræ tuæ potentia conterantur. Per
Dominum nostrum IESVM Christum, &c.
Exaudiat nos Dominus. Amen.

Procession para en qualquiera tribulacion.

Auiendose hecho todo como arriba en las Le-
tanas mayores, y acabadas, se dirà: Pater no-
ster, &c. ψ. Et ne nos inducas in tētationem. R. Sed
libera nos à malo. Psalmus 19.

EXaudiat te Dominus in die tribulationis: pro-
tegat te nomen Dei Iacob.

Mittat tibi auxilium de sancto: & de Sion tuea-
tur te.

Memor fit omnis sacrificij tui: & holocaustum
tuum pingue fiat.

Tribuat tibi secundum cor tuum: & omne confi-
lium tuum confirmet.

Lætabimur in salutari tuo: & in nomine Dei nostri
magnificabimur.

Impleat Dominus omnes petitiones tuas: nunc
cognoui quoniam saluum fecit Dominus Chri-
stum suum.

Exaudiet illum de cælo sancto suo: in potentatibus
salus dexteræ eius.

Ill 3

H i in

Hi in curribus, & hi in equis: nos autem in nomine Domini Dei nostri inuocabimus.

Ipsi obligati sunt, & ceciderunt: nos autem surreximus, & erecti sumus.

Domine saluum fac regem: & exaudi nos in die, qua inuocauerimus te. Gloria Patri.

O el Psalm. 90. **Q**ui habitat in adiutorio, &c. como arriba, pag. 161. **Y** acabado, se dirá los Vers. **¶** Deus refugium nostrum, & virtus. **R.** Adiutor in tribulationibus. **¶** Saluos fac seruos tuos Domine. **R.** Deus meus sperantes in te. **¶** Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis. **R.** Miserere nobis. **¶** Adiuua nos Deus salutaris noster. **R.** Et propter gloriam nominis tui Domine, libera nos. **¶** Domine exaudi orationem meam. **R.** Et clamor meus ad te veniat. **¶** Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.

Oremus. **O**ratio.

Ne despicias, omnipotens Deus, populum tuum in afflictione clamantem, sed propter gloriam nominis tui tribulatis succurre placatus.

Oratio.

Ineffabilem misericordiam tuam Domine nobis clementer ostende, vt simul nos & à peccatis omnibus exuas, & à pœnis, quas pro his meremur, eripias.

Oratio.

Concede nos famulos tuos, quæsumus Domine Deus, perpetua mentis & corporis sanitate

gaudere,

gaudere, & gloriosa beatæ Mariæ semper virginis intercessione, à præsentis liberari tristitia, & æterna perfrui lætitia.

Oratio.

Tribulationem nostram, quæsumus Domine, propitius respice, & iram tuæ indignationis, quam iuste meremur, auerte.

Oratio.

Deus refugium nostrum & virtus, adesto piis Ecclesiæ tuæ precibus auctor ipse pietatis, & præsta, vt quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Per Dñm nostrum IESVM Christum, &c.

Preces que se han de dezir en las Processiones que se hizieren por gracias.

Al principio de la Procession se cantará el Hymno.

TE Deum laudamus: te Dominum cōfitemur. Te æternum Patrem: omnis terra veneratur. Tibi omnes Angeli: tibi celi, & vniuersæ potestates. Tibi Cherubim & Seraphim: incessabili voce proclamant.

Sanctus, Sanctus, Sanctus: Dominus Deus sabaoth.

Pleni sunt cæli & terra: maiestatis gloriæ tuæ.

Te gloriosus Apostolorum chorus,

Te Prophetarum laudabilis numerus,

Te Martyrum candidatus laudat exercitus.

Te per orbem terrarum, sancta confitetur Ecclesia,

Patrem immensæ maiestatis.

Vene-

Venerandum tuum verum, & vnicum Filium.

Sanctum quoque paraclitum Spiritum.

Tu Rex gloriæ Christe.

Tu Patris sempiternus es Filius.

Tu ad liberandum suscepturus hominem: non horruisti Virginis uterum.

Tu deuictor mortis aculeo: aperuisti credentibus regna cælorum.

Tu ad dexteram Dei sedes: in gloria Patris.

Iudex crederis esse venturus.

Te ergo quæsumus, tuis famulis subueni: quos pretioso Sanguine redemisti.

Æterna fac cum sanctis tuis: gloria munerari.

Saluum fac populum tuum Domine: & benedic hereditati tuæ.

Et rege eos: & extolle illos vsque in æternum.

Per singulos dies benedicimus te.

Et laudamus nomen tuum in sæculum: & in sæculum sæculi.

Dignare Domine die isto: sine peccato nos condere.

Miserere nostri Domine: miserere nostri.

Fiat misericordia tua Domine super nos: quemadmodum sperauimus in te.

In te Domine speraui: non confundar in æternum.

Despues se podran dezir los Psalmos que se figuran segun el tiempo diere lugar.

Psal-

Psalmus 65.

Iubilate Deo omnis terra, psalmum dicite nomini eius: date gloriam laudi eius.

Dicite Deo, quàm terribilia sunt opera tua Domine: in multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui.

Omnis terra adoret te, & psallat tibi: psalmum dicat nomini tuo.

Venite, & videte opera Dei: terribilis in consilijs super filios hominum.

Qui conuertit mare in aridam, in flumine pertransibunt pede: ibi latabimur in ipso.

Qui dominatur in virtute sua in æternum, oculi eius super gentes respiciunt: qui exasperant, non exaltentur in semetipsis.

Benedicite gentes Deum nostrum: & audite facite vocem laudis eius.

Qui posuit animam meam ad vitam: & non dedit in commotionem pedes meos.

Quoniam probasti nos Deus: igne nos examinasti, sicut examinatur argentum.

Induxisti nos in laqueum, posuisti tribulationes in dorso nostro: imposuisti homines super capita nostra.

Transiimus per ignem & aquam: & eduxisti nos in refrigerium.

Introibo in domum tuam in holocaustis: reddam tibi vota mea, quæ distinxerunt labia mea.

Mmm

Et lo-

Et locutum est os meum : in tribulatione mea.

Holocausta medullata offeram tibi cum incenso arietum : offeram tibi boues cum hircis.

Venite, audite, & narrabo omnes qui timetis Deū : quanta fecit animæ meæ.

Ad ipsum ore meo clamaui : & exaltaui sub lingua mea.

Iniquitatem si aspexi in corde meo : non exaudiet Dominus.

Propterea exaudiuit Deus : & attendit voci deprecationis meæ.

Benedictus Deus : qui non amouit orationem meam, & misericordiam suam à me.

Gloria Patri. Psalmus 80.

Exultate Deo adiutori nostro : iubilate Deo Jacob.

Sumite psalmum, & date tympanum : psalterium iucundum cum cithara.

Buccinate in Neomenia tuba : in insigni die solemnitatis vestræ.

Quia præceptum in Israël est : & iudicium Deo Jacob.

Testimonium in Ioseph posuit illud, cum exiret de terra Ægypti : linguam, quam non nouerat, audiuit.

Diuertit ab oneribus dorsum eius : manus eius in cophino seruerunt.

In tribulatione inuocasti me, & liberaui te : exaudi-

ui te in abscondito tempestatis, probaui te apud aquam contradictionis.

Audi populus meus, & contestabor te : Israël si audieris me, non erit in te deus recens, neque adorabis deum alienum.

Ego enim sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti : dilata os tuum, & implebo illud.

Et non audiuit populus meus vocem meam : & Israël non intendit mihi.

Et dimisi eos secundum desideria cordis eorum : ibunt in adinventionibus suis.

Si populus meus audisset me : Israël si in viis meis ambulasset.

Pro nihilo forsitan inimicos eorum humiliassem : & super tribulantes eos misissem manum meam.

Inimici Domini mentiti sunt ei : & erit tempus eorum in sæcula.

Et cibauit eos ex adipe frumenti : & de petra, melle faturauit eos.

Gloria Patri.

Psalmus 93.

Cantate Domino canticum nouum : cantate Domino omnis terra.

Cantate Domino, & benedicite nomini eius : annuntiate de die in diem salutare eius.

Annuntiate inter gentes gloriam eius : in omnibus populis mirabilia eius.

Quoniam magnus Dominus, & laudabilis nimis: terribilis est super omnes deos.

Quoniam omnes dij gentium dæmonia: Dominus autem cælos fecit.

Confessio & pulchritudo in conspectu eius: sanctimonia & magnificentia in sanctificatione eius.

Afferte Domino patriæ gentium, afferte Domino gloriam & honorem: afferte Domino gloriam nomini eius.

Tollite hostias, & introite in atria eius: adorare Dominum in atrio sancto eius.

Commoueatür à facie eius vniuersa terra: dicite in gentibus, quia Dominus regnauit.

Etenim correxit orbem terræ, qui non commouebitur: iudicabit populos in æquitate.

Lætentur cæli, & exultet terra, commoueatür mare, & plenitudo eius: gaudebunt campi, & omnia quæ in eis sunt.

Tunc exultabunt omnia ligna siluarum à facie Domini, quia venit: quoniam venit iudicare terram.

Iudicabit orbem terræ in æquitate: & populos in veritate sua. Gloria Patri. Psalm. 99.

Iubilate Deo omnis terra: seruite Domino in lætitia.

Introite in conspectu eius: in exultatione.

Scitote quoniam Dominus ipse est Deus: ipse fecit nos, & non ipsi nos.

Populus eius, & oues pascuæ eius: introite portas eius in confessione, atria eius in hymnis, confite mini illi.

Laudate nomen eius, quoniam suavis est Dominus, in æternum misericordia eius: & vsque in generationem & generationem veritas eius.

Gloria Patri.

Psalmus 102.

Benedic anima mea Domino: & omnia quæ intra me sunt, nomini sancto eius.

Benedic anima mea Domino: & noli obliuisci omnes retributiones eius.

Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis: qui sanat omnes infirmitates tuas.

Qui redimit de interitu vitam tuam: qui coronat te in misericordia & miserationibus.

Qui replet in bonis desiderium tuum: renouabitur vt aquilæ iuuentus tua.

Faciens misericordias Dominus: & iudicium omnibus iniuriam patientibus.

Notas fecit vias suas Moyfi: filiis Israël voluntates suas.

Miserator, & misericors Dominus: longanimis, & multum misericors.

Non in perpetuum irascetur: neque in æternum comminabitur.

Non secundum peccata nostra fecit nobis: neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis.

Quoniam secundum altitudinem cæli à terra : corroborauit misericordiam tuam super timentes se.

Quantum distat ortus ab occidente : longè fecit à nobis iniquitates nostras.

Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se : quoniam ipse cognouit figmentum nostrum.

Recordatus est, quoniam puluis sumus: homo sicut fœnum dies eius, tamquam flos agri sic effloret.

Quoniam spiritus pertransibit in illo, & non subsistet: & non cognoscat amplius locum suum.

Misericordia autem Domini ab æterno: & usque in æternum super timentes eum.

Et iustitia illius in filios filiorum: his qui seruant testamentum eius.

Et memores sunt mandatorum ipsius : ad faciendum ea.

Dominus in cælo parauit sedem suam : & regnum ipsius omnibus dominabitur.

Benedicite Domino omnes Angeli eius : potentes virtute, facientes verbum illius, ad audiendam vocem sermonum eius.

Benedicite Domino omnes virtutes eius : ministri eius, qui facitis voluntatem eius.

Benedicite Domino omnia opera eius: in omni loco dominationis eius, benedic anima mea Dño.

Gloria Patri.

Psal.

Psalms 116.

Laudate Dominum omnes gentes : laudate eum omnes populi.

Quoniam confirmata est super nos misericordia eius: & veritas Domini manet in æternum.

Gloria Patri.

Psalms. 148. L. audate Dominum de cælis, con los dos siguientes, segun arriba, pag. 148. y el Cantico, Benedicite omnia opera Domini, &c. como arriba, pag. 242. y el Cantico, Benedictus Dominus Deus Israël, &c. como arriba, pag. 317.

Todos los dichos Psalmos, y Canticos, ò algunos dellos, se podran cantar en la Procession, conforme durare el camino della. Y despues de auer llegado à la Iglesia adonde se vâ a hazer la estacion, se dirân delante el Altar della los siguientes Versos, y Oraciones. *ÿ. Benedictus es Domine Deus patrum nostrorũ. R. Et laudabilis, & gloriosus in sæcula. ÿ. Benedicamus Patrem, & Filium cum sancto Spiritu. R. Laudemus, & superexaltemus eum in sæcula. ÿ. Benedictus es Domine Deus in firmamento cæli. R. Et laudabilis, & gloriosus, & superexaltatus in sæcula. ÿ. Benedic anima mea Domino, R. Et noli obliuisci omnes retributiones eius. ÿ. Domine exaudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te veniat. ÿ. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.*

O. re-

Oremus. Oratio.

DEus, cuius misericordia non est numerus, & bonitatis infinitus est thesaurus; pijsimæ maiestati tuæ pro collatis donis gratias agimus, tuam semper clementiam exorantes: vt qui petentibus postulata concedis, eosdem non deserens, ad præmia futura disponas.

Oratio.

DEus, qui cordia fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti; da nobis in eodem Spiritu recta sapere, & de eius semper cōsolatione gaudere.

Oratio.

DEus, qui neminem in te sperantem nimium affligi permittis; sed pium precibus præstas auditum: pro postulationibus nostris votisque susceptis gratias agimus, te pijsime deprecantes, vt à cunctis semper muniamur aduersis. Per Dominum nostrum IESVM Christum filium tuum, &c.

De la Procession que se haze en la translation de las sagradas Reliquias insignes.

Adomaranté la Iglesia y calles por donde huviere de passar la Procession, y el Sacerdote y ministros se vestiran ornamentos blancos, o colorados, segun lo requirierē los Santos, cuyas Reliquias se trasladaren: y el Clero irá delante con velas encendidas, cantando las Letanias: y en su lugar inuocará

a

al Santo, ò Santos de quien se traxerē las Reliquias, y tambien el Hymno: Te Deum, &c. y Psal. Laudate Dominum de cælis, con los dos siguientes, y otros Psalmos y Hymnos propios, ò del comun de estos Santos, de quien se trasladaren las Reliquias.

DE EXORCISMIS.



Exorcismo contra la tempestad que amenaza rayos y graniço.

Per signum ✠ crucis, de inimicis ✠ nostris libera nos ✠ Deus noster. In nomine Patris ✠, & Filij, & Spiritus sancti. Amē. Dize se el Symbolo de la Fè, es à saber, Credo in Deum, &c. despues Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. ✠. Adiutorium nostrum in nomine Domini. R. Qui fecit cælum & terram. ✠. Sit nomē Domini benedictum. R. Ex hoc nunc, & vsque in sæculū. ✠. Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius. R. Et fugiant qui oderunt eū à facie eius. ✠. Exurge Christe adiuua nos. R. Et libera nos propter nomen tuū.

Nnn

✠. Do-

⁊. Domine exaudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te veniat, ⁊. Dominus vobiscum. R. Et cū spiritu tuo. Oremus.

Domine Iesu Christe, qui fecisti cælū & terrā, mare, & omnia quæ in eis sunt, quiq; flumini Iordani benedixisti, atque in eo baptizari voluisti, & tuas sanctissimas manus, & brachia sacratissima in cruce ✕ extendisti, quibus aërem sanctificasti; obsecramus immensam pietatis, & bonitatis tuæ abundantiam, quatenus has nubes, quas ante me, & post me, & supra me, à dextris, & à sinistris, video aërem perturbare, dissoluere, & annihilare digneris: vt alligata potestas dæmonū impie desæuentiū, deficiat, & turbetur, ad laudē tui sanctissimi nominis, & potentissimæ maiestatis tuæ. Qui viuis, & regnas.

Despues buelto àzia las nubes, las santiguarà cō la señal de la Cruz diziendo. Circundet te nubes Deus Pater, ✕ circundet te Deus Filius, ✕ circundet te Deus Spiritus sanctus. ✕ Destruat te Deus Pater, ✕ destruat te Deus Filius, ✕ destruat te Deus Spiritus sanctus: ✕ Comprimat te Deus Pater, ✕ comprimat te Deus Filius, ✕ comprimat te Deus Spiritus sanctus. ✕ Amen.

Obsecratio.

Sanctus Matthæus, Sanctus Marcus, Sanctus Lucas, Sanctus Ioannes Euangelistæ, qui Christi Euangeliū per quatuor mundi partes diuulgarunt,

ipsi

ipsi suis meritis, & precibus hanc tempestatem à termino isto, & ab omnibus Christianorum finibus, ab eodem Domino nostro Iesu Christo obtineant effugari, & depelli.

Exorcismus.

ET ego peccator, & Christi Sacerdos, seu minister, licet indignus, auctoritate, & virtute eiusdem Dei, & Domini nostri Iesu Christi, summi Imperatoris, non mea potentia innixus, & confusus; vobis præcipio, immundissimi spiritus, qui has nubes, seu neublas cōcitatis, in virtute eiusdem Dei, & Dñi nostri Iesu Christi ✕. Per sanctissimam eiusdē incarnationem, per sanctam natiuitatem, per baptismum & ieiunium ipsius, per eius sacratissimam crucem, ✕ & passionem; per sanctam resurrectionem, per admirabilem ascensionem, per tremendum aduentum eius ad iudicium: per merita intemeratæ, sempërque virginis Mariæ, & sanctissimi N. & per merita omnium Sanctorum: vt exeatis ab eis, & eas dispergatis in locis syluestribus, & incultis: quatenus nocere non possint hominibus, animalibus, fructibus, herbis, arboribus; aut quibuscunque rebus, humanis vsibus deputatis. Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

Nnn 2

Ipsē

Ipse vobis imperat, dæmones, qui has nubes commouetis, de quo, de nube lucida dictum est. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi beneplacui. ✽ Ipse vobis imperat, qui sua sacratissima cruce, corporis sui sanctissimi in ea extensione aëre purgavit. ✽ Ipse vobis imperat, qui per mortem suam vos, principem vestrum, mortemque deuicit, & ligauit, atque æternæ gehennæ mancipauit ignibus. ✽ Ipse vobis imperat, qui inferno spoliato, surrexit à mortuis. ✽ Ipse vobis imperat, qui post quadraginta dies, nube susceptus, virtute sua, ascendit in cælum. ✽ Ipse vobis imperat, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem. *R.* Amen. Y despues mostrarà la Cruz a los aires diziendo. Ecce lignum sanctissimæ crucis, fugite partes aduersæ, vicit enim vos, & mundum Dñs noster Iesus Christus filius Dei, Imperator summus, leo de tribu Iudá, radix Dauid. Despues roziará en forma de Cruz, ✽ con agua bendita ázia los quatro lados: y si la tempestad no huuiere cessado, se diran las Letanias, y el Psalmo, Quicumq; vult. y la Antiph. Salve Regina. y Sub tuum præsidium, el Cant. Benedicite omnia, con el *V.* Gloria Patri, en qualquier Vers. del dicho Cantico. Despues el *V.* Benedicamus Patrem, & Filium, cum Sancto spiritu. *R.* Laudemus, & superexaltemus eum in sæcula. *V.* Ora pro nobis sancta Dei genitrix. *R.* Vt digni. *V.* Exurge Christe adiuua

nos.

nos. *R.* Et libera nos propter nomen tuum. *V.* Dñe exaudi, &c. *V.* Dominus vobiscum, &c.

Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, qui dedisti famulis tuis in confessione veræ fidei, æternæ Trinitatis gloriam agnoscere, & in potentia maiestatis adorare vnitatem; quæsumus, vt eiusdem fidei firmitate, ab omnibus semper muniamur aduersis.

Oratio.

Protege Domine famulos tuos subsidijs pacis; & beatæ Mariæ semper virginis patrocinio confidentes, à cunctis hostibus & periculis redde securus.

Oratio.

Adomo tua quæsumus Domine, spirituales nequitie repellantur, & aërearum discedat malignitas tempestatum.

Oratio.

Ad te nos Domine, clamantes exaudi; & aëris serenitatem nobis tribue supplicatibus; vt qui iuste pro peccatis affligimur, misericordia tua præueniente, clementiam sentiamus.

Oratio.

Largiri, & conseruare fructus terræ dignare, Domine Deus noster; vt temporalibus gaudeamus auxilijs, & proficiamus spiritualibus incrementis. Per Christum.

Puedese dezir tambien la oracion de aquel santo, a cuya honra está dedicada, y hecha aquella Iglesia y

Nnn 3

de

de otros Santos, de cuyo favor confiaremos mas por nuestra particular deuocion.

Puedense tambien dezir otras deuotas Oraciones con compunçion y contricion de coraçon, implorãdo siempre la misericordia de Dios nuestro Señor: y si durare aun la tempestad, se podran repetir las cosas sobredichas muchas vezes.

D E
EXORCIZANDIS OBSESSIS
A D Æ M O N I O.



*S*acerdos, seu quiuis alius legitimus Ecclesie minister, vexatos à demone exorcizaturus, ea qua par est pietate, prudentia, ac vita integritate preditus esse debet: qui non sua, sed diuina fretus virtute, ab omni rerum humanarum cupiditate alienus, tam pium opus ex charitate constanter et humiliter exequatur. Hunc prater eam maturæ atatis esse decet, et non solum officio, sed etiam morum grauitate reuerendum.

Ut igitur suo munere rectè fungatur, cum alia multa sibi utilia documenta, qua breuitatis gratia hoc loco prætermittuntur, ex probatis Auctoribus et ex usu nosse studeat; tum hæc pauca magis necessaria diligenter obseruabit.

In primis, ne facile credat, aliquem à demone obsessum esse, sed nota habeat ea signa, quibus obsessus dignoscitur ab ijs, qui vel atra bile, vel morbo aliquo laborant. Signa autem obsi-

dentis

dentis demonis sunt, ignota lingua loqui pluribus verbis, vel loquentem intelligere; distantia, et occulta patefacere, vires supra ætatis seu conditionis naturam ostendere; et id genus alia, que cum plurima concurrunt, maiora sunt indicia.

Hæc autem ut magis cognoscat, post unum aut alterum exorcismum interroget obsessum, quid senserit in animo, vel in corpore, ut sciat etiam ad quanam verba magis diaboli conturbentur, ut ea deinceps magis inculcet ac repetat.

Aduertat, quibus artibus ac deceptionibus utantur demones ad Exorcistam decipiendum: solent enim ut plurimum fallaciter respondere, et difficile se manifestare, ut Exorcista diu defatigatus desistat, aut infirmus videatur, non esse à demonio vexatus. Aliquando postquam sunt manifesti, abscondunt se, et relinquunt corpus quasi liberum ab omni molestia, ut infirmus putet se omnino esse liberatum: sed cessare non debet Exorcista, donec viderit signa liberationis. Aliquando etiam demones ponunt quecumque possunt impedimenta, ne infirmus se subijciat exorcismis, vel conantur persuadere infirmitatem esse naturalem; interdum in medio exorcismi faciunt dormire infirmum, et ei visionem aliquam ostendunt, subtrahendo se, ut infirmus liberatus videatur. Aliqui ostendunt factum maleficium, et à quibus sit factum, et modum ad illud dissipandum; sed caueat, ne ob hoc ad magos, vel ad sagas, vel ad alios, quam ad Ecclesie ministros confugiat, aut ulla superstitione, aut alio modo illicito utatur. Quandoque diabolus infirmum quiescere, et suscipere sanctissimam Eucharistiam permittit, ut discessisse videatur. Denique innumerabiles sunt artes et fraudes diaboli ad decipiendum hominem; quibus ne fallatur, Exorcista cautus esse debet.

Quare memor, Dominum nostrum dixisse, genus esse demoniorum, quod non eijcitur nisi per orationem et ieiunium: hæc duo

potissi-

March.
17.

potissimum remedia ad impetrandum diuinum auxilium, demonesque pellendos, exemplo sanctorum Patrum, quoad eius fieri poterit, tum per se, tum per alios curet adhiberi.

In Ecclesiam, si commodè fieri potest, vel in alium religiosum & honestum locum seorsum à multitudine perductus energumenus exorcizetur; sed si fuerit egrotus, vel persona nobilis, vel alia honesta de causa, in domo priuata exorcizari poterit.

Admoneatur obsessus, si mente & corpore valet, ut pro se oret Deum, ac ieiunet, & sacra Confessione & Cōmunionem (scilicet) ad arbitrium Sacerdotis se communiat; & dum exorcizatur, totum se colligat, & ad Deum conuertat; ac firma fide salutem ab eo deposcat cum omni humilitate. Et cum vehementius vexatur, patienter sustineat, nihil diffidens de auxilio Dei. Habeat præ manibus, vel in conspectu Crucifixum. Reliquia quoque Sanctorum, ubi haberi possint, decenter ac tuto colligat & cooperta, ad pectus vel ad caput obsessi reuerenter admoueantur; sed caueatur, ne res sacra indignè tractentur, aut illis à demone ulla fiat iniuria. Sanctissima verò Eucharistia super caput obsessi, aut aliter eius corpori non admoueatur ob irreuerentia periculum.

Exorcista ne vagetur in multiloquio, aut superuacaneis vel curiosis interrogationibus, præsertim de rebus futuris & occultis, ad suum munus non pertinentibus; sed iubeat immundum spiritum tacere, & ad interrogata tantum respondere: neque ei credatur, si demon simularet se esse animam alicuius Sancti, vel defuncti, vel Angelum bonum.

Necessariæ verò interrogationes sunt, ut de numero & nomine spirituum obsidentium, de tempore quo ingressi sunt, de causa, & alijs huiusmodi. Ceteras autem demonis nugas, risus, & ineptias Exorcista cohibeat, aut contemnat, & circumstantes, qui pauci esse debent, admoneat ne hæc turent, neque ipsi interrogent

obsessum,

obsessum; sed potius humiliter & enixè Deum pro eo precantur.

Exorcismos verò faciat ac legat cum imperio & auctoritate, magna fide, & humilitate, atque feruore: & cum viderit spiritum valdè torqueri, tunc magis instet & urgeat. Et quoties viderit obsessum in aliqua corporis parte commoueri aut pungi, aut tumorem alicubi apparere, ibi faciat signum Crucis, & Aqua benedicta aspergat, quam exorcizando in promptu habeat.

Obseruet etiam ad quæ verba demones magis contremiscant, & ea sæpius repetat; & quando peruenierit ad comminationem, eam iterum & sæpius proferat, semper pœnam augendo: ac si videat se proficere, in ipsa perseueret per duas, tres, quatuor horas, & amplius, prout poterit, donec victoriam consequatur.

Caueat proinde Exorcista, ne ullam medicinam infirmo vel obsesso præbeat, aut suadeat; sed hanc curam medicis relinquat.

Mulierem exorcizans, semper secum habeat honestas personas, quæ obsessam teneant, dum exagitatur à demone, quæ quidem persone sint patienti, si fieri potest, cognatione proximæ: atque honestatis memor Exorcista caueat, ne quid dicat vel faciat, quod sibi aut alijs occasio esse possit prauæ cogitationis.

Dum exorcizat, utatur sacræ Scripturæ verbis potius, quàm suis aut alienis. Iubeatque demonem dicere, an detineatur in illo corpore ob aliquam operam magicam, aut malefica signa, vel instrumenta; quæ si obsessus ore sumpserit, euomat; vel si alibi extra corpus fuerint, ea reuelat, & inuenta comburantur. Moneatur etiam obsessus, ut tentationes suas omnes Exorcista patefaciat.

Si verò obsessus liberatus fuerit, moneatur, ut diligenter sibi caueat à peccatis, ne occasionem demoni præbeat in ipsum reuertendi, ne fiant nouissima hominis illius peiora prioribus.

Aksi que el Sacerdote, o otro Exorcista auendose primero confesado, o por lo menos arrepentido y contrito de todo coraçon de sus pecados, y dicho primero Missa, si se pudiere hazer con comodidad, auiendo implorado el auxilio diuino, y puesta la sobrepelliz con Estola de color morado, para que se pōgan las estremidades della sobre el cuello del endemoniado, teniendole atado en su presencia (si corriere peligro) le perfignarà, y luego a si, y despues a los circunstantes con la señal de la Cruz, y roziarà con agua bendita: y despues estando de rodillas el Sacerdote, juntamente con todos los circunstantes que le han de responder, dirà las Letanias ordinarias hasta las Preces exclusiue, y al fin la Antiphona **N**e reminiscaris Domine delicta nostra, vel parentum nostrorum, neque vindictam sumas de peccatis nostris. Pater noster, &c. *ψ*. Et ne nos inducas in tentationem. *R.* Sed libera nos à malo.

Psalmus 53.

Deus in nomine tuo saluum me fac: & in virtute tua iudica me.

Deus exaudi orationem meam: auribus percipe verba oris mei.

Quoniam alieni insurrexerunt aduersum me, & fortes quæsierunt animam meam: & non proposuerunt Deum ante conspectum suum.

E cce

Ecce enim Deus adiuuat me: & Dominus susceptor est animæ meæ.

Auerte mala inimicis meis: & in veritate tua disperde illos.

Voluntariè sacrificabo tibi: & confitebor nomini tuo Domine, quoniam bonum est.

Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me: & super inimicos meos despexit oculus meus.

Gloria Patri.

ψ. Saluum fac seruum tuum, *R.* Deus meus sperantem in te, *ψ*. Esto ei Domine turris fortitudinis, *R.*

A facie inimici, *ψ*. Nil proficiat inimicus in eo, *R.*

Et filius iniquitatis non apponat nocere ei, *ψ*. Mitte ei Domine auxilium de Sancto, *R.* Et de Sion tuere eum, *ψ*.

Domine exaudi orationem meam, *R.* Et clamor meus ad te veniat, *ψ*. Dominus vobisum.

R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Oratio.

Deus, cui proprium est misereri semper & parcere, suscipe deprecationem nostram, vt hūc famulum tuum [ò famulam tuam] quem [ò quā] delictorum catena constringit, miseratio tuæ pietatis clementer absoluat.

Oratio.

Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, Pater Domini nostri IESV Christi, qui illum refugam tyrannum & apostatam gehennæ

Ooo 2

ignibus

ignibus deputasti; quiq̄ue Unigenitum tuum in hunc mundum misisti, vt illum rugientem contereret; velociter attende, accelera, vt eripias hominem ad imaginem & similitudinem tuam creatum, à ruina & dæmonio meridiano. Da Domine terrorem tuum super bestiam, quæ exterminat vineam tuam. Da fiduciam seruis tuis contra nequissimum draconem pugnare fortissimè, ne contemnat sperantes in te, & ne dicat, sicut in Pharaone, qui iam dixit, Deum non noui, nec Israël dimitto. Urgeat illum dextera tua potens discedere à famulo tuo. N. [Oà famula tua N.] *ne diutiùs præsumat captiuù tenere, quem tu ad imaginem tuam facere dignatus es, & in Filio tuo redemisti: qui tecum uiuit & regnat, &c. R. Amen.

Luego mandarà al demonio en esta manera.

PRæcipio tibi, quicumque es, spiritus immunde, & omnibus sociis tuis hunc Dei famulũ obfidentibus, vt per mysteria Incarnationis, Passionis, Resurrectionis, & Ascensionis Domini nostri Iesu Christi, per missionem Spiritus sancti, & per aduentum eiusdem Domini nostri ad iudicium, dicas mihi nomen tuum, diem, & horam exitus tui, cum aliquo signo; & vt mihi Dei ministro, licet indigno, prorsus in omnibus obedias: neque hanc creaturam Dei, vel circumstantes, aut eorum bona vlllo modo offendas.

Demas

Demas desto se leeran sobre el endemoniado estos Euangelios, o el vno, o el otro. Lectio sancti Euangelij secundum Ioannem. Y al dezir destas palabras te santiguarà a si, y al endemoniado en la frente, boca y pecho. In principio erat Verbum, &c. como arriba, pag

Lectio sancti Euangelij secundum Marcum.

Mar. 16.

IN illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Euntes in mundum vniuersum, prædicatè Euangeliũ omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequentur. In nomine meo dæmonia eiicient: linguis loquentur nouis: serpentes tollent: & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit: super ægros manus imponent, & benè habebunt.

Lectio sancti Euangelij secundum Lucam.

Luc. 10.

IN illo tempore: Reuersi sunt septuaginta duo cum gaudio dicentes ad Iesum: Domine, etiã dæmonia subiiciuntur nobis in nomine tuo. Et ait illis: Videbam satanam sicut fulgur de celo cadentem. Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes, & scorpiones, & super omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit: verumtamen in hoc nolite gaudere, quia spiritus vobis subiiciuntur: gaudete

O o o 3

autem,

autem, quod nomina vestra scripta sunt in caelis.

Lectio sancti Euangelij secundum Lucam.

LUC. II.

In illo tempore: Erat IESVS eiiciens daemum, & illud erat mutum. Et cum eiecisset daemum, locutus est mutus, & admiratae sunt turbae. Quidam autem ex eis dixerunt: In Beelzebub principe daemumiorum, eiicit daemonia. Et alij tentantes signum de caelo querebant ab eo. Ipse autem ut vidit cogitationes eorum, dixit eis: Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur, & domus supra domum cadet. Si autem & satanas in seipsum diuisus est, quomodo stabit regnum eius? quia dicitis in Beelzebub me eiicere daemonia. Si autem ego in Beelzebub eiicio daemonia, filij vestri in quo eiiciunt? ideo ipsi iudices vestri erunt. Porro si in digito Dei eiicio daemonia, profecto peruenit in vos regnum Dei. Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea quae possidet: si autem fortior eo superueniens vicerit eum, vniuersa arma eius auferet, in quibus confidebat, & spolia eius distribuet. *ψ. Domine exaudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te veniat. ψ. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.*

O remus.

Omnipotens Domine, Verbum Dei Patris, Christe IESV, Deus & Dominus vniuersae crea-

turae,

turae, qui sanctis Apostolis tuis dedisti potestatem calcandi super serpentes & scorpiones, qui inter cetera mirabilium tuorum praecipua dignatus es dicere, daemones effugate: cuius virtute motus tamquam fulgur de caelo satanas cecidit: tuum sanctum nomen cum timore & tremore suppliciter deprecor, ut indignissimo mihi seruo tuo, data venia omnium delictorum meorum, constantem fidem, & potestatem donare digneris, ut hunc crudelem daemone, brachij tui sancti munus potentia, fidenter & securus aggrediar, per te IESV. Christe Domine Deus noster, qui venturus es iudicare viuos & mortuos, & saeculum per ignem.

R. Amen.

Demas desto, santiguandose, y al endemoniado con la señal de la Cruz, rodeará vna parte de la Estola al cuello del, y puesta la mano derecha del Exorcista sobre la cabeza del endemoniado, dirá cō grande animo y confianza lo que se sigue. ψ. Ecce Crucem Domini, fugite partes aduersae. R. Vicit leo de tribu Iudà radix David. ψ. Domine exaudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te veniat. ψ. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

O remus.

Oratio.

Deus, & Pater Domini nostri IESV Christi, in-

uoco nomen sanctum tuum, & clementiam

tuam

tuam supplex exposco, vt aduersus hunc, & omnem immundum spiritum, qui vexat hoc plasma tuum, mihi auxilium præstare digneris. Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitæte Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. R. Amen.

¶ Exorcismus.

EXorcizo te, immundissime spiritus, omnis incurtio aduersarij, omne phantasma, omnis legio, in nomine Domini nostri Iesu Christi ✠ eradicare, & effugare ab hoc plasmate Dei ✠. Ipse tibi imperat, qui te de supernis cælorum in inferiora terræ demergi præcepit. Ipse tibi imperat, qui mari, ventis, & tempestatibus imperauit. Audi ergo, & time satana, inimice fidei, hostis generis humani, mortis adductor, vitæ raptor, iustitiæ declinator, malorum radix, fomes vitiorum, seductor hominum, proditor gentium, incitator inuidiæ, origo auaritiæ, causa discordiæ, excitator dolorum: quid stas, & resistis, cum scias Christum Dominum vires tuas perdere? Illum metue, qui in Isaac immolatus est, in Ioseph venundatus, in agno occisus, in homine crucifixus, deinde inferni triumphator fuit. Las siguientes Cruces se haran sobre la frente del endemoniado. Recede ergo in nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ sancti, da locum Spiritui sancto, per hoc signum ✠ Crucis Iesu Christi Domini nostri.

Qui

Qui cum Patre & eodẽ Spiritu sancto viuit & regnat Deus per omnia sæcula sæculorum. R. Amen. ¶ Domine exaudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te veniat, ¶ Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Oratio.

DEus conditor & defensor generis humani, qui hominem ad imaginem tuam formasti: respice super hunc famulum tuum N. [ó hanc famulam tuam N.] qui [ó quæ] dolis immundi spiritus appetitur, quem vetus aduersarius, antiquus hostis terræ, formidinis horrore circumuolat, & sensum mentis humanæ stupore defigit, terrore conturbat, & metu trepidi timoris exagitat. Repelle Domine virtutem diaboli, fallacesque eius insidias amoue; procul impius tentator aufugiat: sit nominis tui signo ✠ (en la frente) famulus tuus munitus, & in animo tutus & corpore.

Las tres siguientes Cruces se haran en el pecho del endemoniado.

Tu pectoris ✠ huius interna custodias. Tu viscera ✠ regas. Tu ✠ cor confirmes. In anima aduersaricis potestatis tentamenta euanescent. Da Domine ad hanc inuocationem sanctissimi nominis tui gratiam, vt qui hucusque terrebat, territus aufugiat, & victus abscedat, tibi que possit hic famulus tuus, & corde firmatus, & mente sincerus debitum

Ppp

præbe-

præbere famulatum. Per Dñm nostrum IESVM Christum filium tuum, qui tecum, &c. R. Amen.

¶ Exorcismus.

A Diuro te serpens antique, per Iudicem viuorum & mortuorum, per factorem tuum, per factorem mundi, per eum qui habet potestatem mittendi te in gehennam, vt ab hoc famulo Dei N. qui ad Ecclesiæ sinum recurrit, cum metu & exercitu furoris tui festinus discedas. Adiuro te iterum * (en la frente) non mea infirmitate, sed virtute Spiritus sancti, vt exeas ab hoc famulo Dei N. quē omnipotēs Deus ad imaginem suam fecit. Cede igitur, cede non mihi, sed ministro Christi. Illius enim te vrget potestas, qui te Cruci suæ subiugauit. Illius brachium contremisce, qui deuictis gemitibus inferni, animas ad lucem perduxit. Sit tibi terror corpus hominis * (en el pecho) sit tibi formido imago Dei * (en la frente.) Nō resistas, nec moreris discedere ab homine isto, quoniam complacuit Christo in homine habitare. Et ne contemnēdum putes, dū me peccatorē nimis esse cognoscis. Imperat tibi Deus *. Imperat tibi maiestas Christi *. Imperat tibi Deus Pater *. imperat tibi Deus Filius *, imperat tibi Deus Spiritus * sanctus. Imperat tibi sacramentū Crucis *. Imperat tibi fides sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, & ceterorū Sanctorum *. Imperat tibi Martyrum sanguis *. Imperat tibi conti-

nentia

nentia Confessorum *. Imperat tibi pia Sanctorum & Sanctarum omnium intercessio *. Imperat tibi Christianæ fidei mysteriorum virtus *. Exi ergo transgressor. Exi seductor, plene omni dolo & fallacia, virtutis inimice, innocentium persecutor. Da locum dirissime; da locum impiissime; da locū Christo, in quo nihil inuenisti de operibus tuis, qui te spoliavit, qui regnum tuum destruxit, qui te victum ligauit, & vasa tua diripuit, qui te proiecit in tenebras exteriores, vbi tibi cum ministris tuis erit præparatus interitus. Sed quid truculente reniteris? quid temerarie detrectas? Reus es omnipotēti Deo, cuius statuta transgressus es. Reus es Filio eius IESV Christo Domino nostro, quem tentare ausus es, & crucifigere præsumpsisti. Reus es humano generi, cui tuis persuasionibus mortis venenum propinasti.

Adiuro ergo te, draco nequissime, in nomine Agni * immaculati, qui ambulauit super aspidem & basiliscum, qui conculcauit leonem & draconem, vt discedas ab hoc homine *, (haga se en la frente) discedas ab Ecclesia Dei *, (haga se la señal de la Cruz sobre los circūstantes) contremisce, & effuge, inuocato nomine Domini illius, quē inferi tremūt, cui Virtutes cælorū, & Potestates, & Dominationes subiectæ sunt; quē Cherubim & Seraphim indefessis vocibus laudant dicentes, Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus sabaoth. Imperat tibi Verbum * caro-

Ppp 2

factum.

factum. Imperat tibi natus ✠ ex Virgine. Imperat tibi IESVS ✠ Nazareus, qui te, cum discipulos eius contemneres, elisum atque prostratum exire præcepit ab homine; quo præfente, cum te ab homine separasset, nec porcorum gregem ingredi præsumebas. Recede ergo nunc adiuratus in nomine ✠ eius ab homine, quem ipse plasmavit. Durum est tibi velle resistere ✠. Durum est tibi contra stimulum calcitrare ✠. Quia quanto tardius exis, tanto magis tibi supplicium crescit, quia non homines contemnis, sed illum, qui dominatur viuorum & mortuorum, qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & sæculum per ignem. R. Amen. V. Domine exaudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te veniat. V. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

O remus.

DEUS cæli, Deus terræ, Deus Angelorum, Deus Archangelorum, Deus Prophetarum, Deus Apostolorum, Deus Martyrum, Deus Virginum, Deus qui potestatem habes donare vitam post mortem, requiem post laborem, quia non est alius Deus præter te, nec esse poterit verus, nisi tu creator cæli & terræ, qui verus Rex es, & cuius Regni non erit finis; humiliter maiestati gloriæ tuæ supplico, vt hunc famulum tuum de immundis spiritibus liberare digneris. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

¶ Exor-

Exorcismus.

A Diuro ergo te omnis immundissime spiritus, omne phantasma, omnis incurfio satanæ, in nomine IESV Christi ✠ Nazareni, qui post laucrum Iordanis in desertum ductus est, & te in tuis sedibus vicit, vt quem ille de limo terræ ad honorē gloriæ suæ formavit, tu desinas impugnare: & in homine miserabili non humanam fragilitatem, sed imaginem omnipotentis Dei contremiscas. Cede ergo Deo ✠, qui te & malitiam tuam in Pharaone, & in exercitu eius per Moysen seruum suum in abyssum demersit. Cede Deo ✠, qui te per fidelissimum seruum suum Dauid de Rege Saule spiritualibus canticis pulsus fugauit. Cede Deo ✠, qui te in Iuda Iscariote proditore damnauit. Ille enim te diuinis ✠ verberibus tangit, in cuius conspectu cum tuis legionibus tremens & clamans dixisti: Quid nobis & tibi IESV Fili Dei altissimi? Venisti huc ante tempus torquere nos? Ille te perpetuis flammis vrget, qui in fine temporum dicturus est impiis: Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Tibi enim impie, & angelis tuis vermes erunt, qui nunquam morientur. Tibi & angelis tuis inextinguibile præparatur incendium, quia tu es princeps maledicti homicidij; tu auctor incæstus, tu sacrilegorum caput, tu actionum pessimarum magister: tu hæretico-

Ppp 3

rum

rum doctor, tu totius obscenitatis inuentor: Exi ergo * impie, exi * scelerate, exi cum omni fallacia tua, quia hominem templum suum esse voluit Deus. Sed quid diutius moraris hic? Da honorem Deo Patri omnipotenti *, cui omne genu flectitur. Da locum Domino IESV Christo *, qui pro homine Sanguinem suum sacratissimum fudit. Da locum Spiritui * sancto, qui per beatum Apostolum suum Petrum te manifestè stravit in Simone mago : qui fallaciam tuam in Anania & Saphira condemnauit, qui te in Herode Rege honorem Deo non dante percussit; qui te in mago Elyma per Apostolum suum Paulum cæcitatæ caligine perdidit, & per eundem de Pythonissa verbo imperans exire præcepit. Discede ergo nunc *, discede * seductor. Tibi eremus sedes est. Tibi habitatio serpens est: humiliare & prosternere. Iam non est differendi tempus. Ecce enim dominator Dominus proximat citò, & ignis ardebit ante ipsum, & præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius. Si enim hominem fefelleris, Deum non poteris irridere. Ille te eiicit, cuius oculis nihil occultum est. Ille te expellit, cuius virtuti vniuersa subiecta sunt. Ille te excludit, qui tibi & angelis tuis præparauit æternam gehennam; de cuius ore exhibit gladius acutus: qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & sæculum per ignem. *Ꝟ. Amen.*

Todo

Todo lo arriba dicho se podrá repetir en quanto fuere necesario, hasta que el endemoniado quede del todo libre.

Tambien ayudará mucho al proposito, el dezir sobre el endemoniado deuotamente, y repetir las cosas que se siguen.

Pater noster, &c. Aue Maria, &c. Credo, &c.

El Cantico de nuestra Señora.

LUC. I.

Magnificat: como arriba pag. 254. con Gloria Patri al fin.

El Cantico Benedictus Dominus Deus Israël, &c. Como arriba pag. 317.

El Symbolo de san Athanasio.

Quicumque vult saluus esse : ante omnia opus est vt teneat Catholicam fidem.

Quam nisi quisque integram, inuiolatamque serauerit: absque dubio in æternum peribit.

Fides autem Catholica hæc est, vt vnum Deum in Trinitate: & Trinitatem in vnitatem veneremur.

Neque confundentes personas: neque substantiam separantes.

Alia est enim persona Patris, alia Filij: alia Spiritus sancti.

Sed Patris, & Filij, & Spiritus sancti vna est diuinitas, æqualis gloria, coæterna maiestas.

Qualis Pater, talis Filius: talis Spiritus sanctus.

Increa-

Increatus Pater, increatus Filius : increatus Spiritus sanctus.

Immensus Pater, immensus Filius : immensus Spiritus sanctus.

Æternus Pater, æternus Filius : æternus Spiritus sanctus.

Et tamen non tres æterni : sed vnus æternus.

Sicut non tres increati, nec tres immensi : sed vnus increatus, & vnus immensus.

Similiter omnipotens Pater, omnipotens Filius : omnipotens Spiritus sanctus.

Et tamen non tres omnipotentes : sed vnus omnipotens.

Ita Deus Pater, Deus Filius : Deus Spiritus sanctus.

Et tamen non tres Dij : sed vnus est Deus.

Ita Dominus Pater, Dominus Filius : Dominus Spiritus sanctus.

Et tamen non tres Domini : sed vnus est Dominus.

Quia sicut singillatim vnamquamque personam Deum ac Dominum confiteri Christiana veritate compellimur : ita tres Deos, aut Dominos dicere, Catholica religione prohibemur.

Pater à nullo est factus : nec creatus, nec genitus.

Filius à Patre solo est : non factus, nec creatus, sed genitus.

Spiritus sanctus à Patre & Filio : non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens.

Vnus

Vnus ergo Pater, nō tres Patres, vnus Filius, nō tres Filij : vnus Spiritus sanctus, non tres Spiritus sancti. Et in hac Trinitate nihil prius aut posterius, nihil maius aut minus : sed totæ tres personæ coæternæ sibi sunt & coæquales.

Ita vt per omnia, sicut iam suprâ dictum est, & vnitas in Trinitate : & Trinitas in vnitate veneranda sit.

Qui vult ergo saluus esse : ita de Trinitate sentiat.

Sed necessarium est ad æternam salutem : vt incarnationem quoque Domini nostri IESV Christi fideliter credat.

Est ergo fides recta, vt credamus & confiteamur : quia Dominus noster IESVS Christus Dei Filius, Deus & homo est.

Deus est ex substantia Patris ante sæcula genitus : & homo est ex substantia matris in sæculo natus.

Perfectus Deus, perfectus homo : ex anima rationali, & humana carne subsistens.

Æqualis Patri secundum diuinitatem : minor Patre secundum humanitatem.

Qui licet Deus sit, & homo : non duo tamen, sed vnus est Christus.

Vnus autem non conuersione diuinitatis in carnem : sed assumptione humanitatis in Deum.

Vnus omnino non confusione substantiæ : sed vnitate personæ.

Qq q

N am

Nam sicut anima rationalis & caro vnus est homo:
ita Deus & homo vnus est Christus.

Qui passus est pro salute nostra, descendit ad inferos: tertia die resurrexit à mortuis.

Ascendit ad cælos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis: inde venturus est iudicare viuos & mortuos.

Ad cuius aduentum omnes homines resurgere habent cum corporibus suis: & reddituri sunt de factis propriis rationem.

Et qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam: qui verò mala, in ignem æternum.

Hæc est fides catholica: quam nisi quisque fideliter firmiterque crediderit, saluus esse non poterit.

Gloria Patri.

El Psalm. 90. **Q**ui habitat in adiutorio Altissimi, &c. como arriba pag. 161.

Psalmus 67.

Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius: & fugiant, qui oderunt eum, à facie eius.

Sicut deficit fumus, deficient: sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei.

Et iusti epulentur, & exultent in conspectu Dei: & delectentur in lætitia.

Cantate Deo, psalmum dicite nomini eius: iter facite ei qui ascendit super occasum, Dñs nomen illi.

Exultate in conspectu eius: turbabuntur à facie

eius,

eius, patris orphanorum, & iudicis viduarum.

Deus in loco sancto suo: Deus, qui inhabitare facit vnus moris in domo.

Qui educit vinctos in fortitudine: similiter eos qui exasperant, qui habitant in sepulchris.

Deus cum egrederis in cōspectu populi tui: cum pertransires in deserto.

Terra mota est, etenim cæli distillauerunt à facie Dei Sinai: à facie Dei Israël.

Pluuiam voluntariam segregabis Deus hereditati tuæ, & infirmata est: tu verò perfecisti eam.

Animalia tua habitabunt in ea: paraisti in dulcedine tua pauperi Deus.

Dominus dabit verbum euangelizantibus: virtute multa.

Rex virtutum dilecti dilecti: & speciei domus diuidere spolia.

Si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ: & posteriora dorsi eius in pallore auri.

Dum discernit cælestis reges super eam, niue dealbabuntur in Selmon: mons Dei, mons pinguis.

Mons coagulatus, mons pinguis: vt quid suspicamini montes coagulatos?

Mons, in quo beneplacitum est Deo habitare in eo: etenim Dominus habitabit in finem.

Currus Dei decem millibus multiplex, millia læ-

tantium : Dominus in eis in Sina in sancto.

Ascendisti in altum , cepisti captiuitatem : accepisti dona in hominibus.

Etenim non credentes : inhabitare Dominum Deum.

Benedictus Dominus die quotidie : prosperum iter faciet nobis Deus salutarium nostrorum.

Deus noster, Deus saluos faciendi : & Domini Domini exitus mortis.

Verumtamen Deus confringet capita inimicorum suorum : verticem capilli perambulantium in delictis suis.

Dixit Dominus, Ex Bafan conuertam : conuertam in profundum maris.

Vt intingatur pes tuus in sanguine : lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso.

Viderunt ingressus tuos Deus : ingressus Dei mei, regis mei, qui est in sancto.

Præuenerunt principes coniuncti psallentibus : in medio iuencularum tympanistiarum.

In Ecclesiis benedicite Deo Domino : de fontibus Israël.

Ibi Benjamin adolescentulus : in mentis excessu.

Principes Iuda , duces eorum : principes Zabulon, principes Nephthali.

Manda Deus virtuti tuæ : confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis.

A templo tuo in Ierusalē : tibi offerent reges munera.

Incre-

Increpa feras arundinis, congregatio taurorum in vaccis populorum : vt excludant eos , qui probati sunt argento,

Disipa gentes, quæ bella volunt, venient legati ex Ægypto : Æthiopia præueniet manus eius Deo.

Regna terræ cantate Deo : psallite Domino.

Psallite Deo, qui ascendit super cælum cæli : ad Orientem.

Ecce dabit voci suæ vocem virtutis, date gloriam Deo super Israël : magnificentia eius, & virtus eius in nubibus.

Mirabilis Deus in sanctis suis, Deus Israël ipse dabit virtutem & fortitudinem plebi suæ : benedictus Deus. Gloria Patri.

El Psal. 69. Deus in adiutorium meum intende, &c. como arriba pag. 44. Psalm. 53. Deus in nomine tuo saluum me fac, como arriba pag. 472. Psalm. 117. Confitemini Domino quoniam bonus, como arriba pag. 92.

Psalmus 34.

IVdica Domine nocentes me : expugna impugnantem me.

Apprehende arma & scutum : & exurge in adiutorium mihi.

Effunde frameam, & cōclude aduersus eos, qui persequuntur me : dic animæ meæ, Salus tua ego sum.

Qqq 3.

Con-

Confundantur & reuereantur: quærentes animam meam.

Auertantur retrorsum, & confundantur: cogitantes mihi mala.

Fiant tamquam puluis ante faciem venti: & Angelus Domini coartans eos.

Fiat via illorum tenebræ & lubricum: & Angelus Domini persequens eos.

Quoniam gratis absconderunt mihi interitum laquei sui: superuacue exprobrauerunt animam meam.

Veniat illi laqueus quem ignorat, & captio quam abscondit, apprehendat eum: & in laqueum cadat in ipsum.

Anima autem mea exultabit in Domino: & delectabitur super salutari suo.

Omnia ossa mea dicent: Domine, quis similis tibi?

Eripiens inopem de manu fortiorum eius: egenum & pauperem à diripientibus eum.

Surgentes testes iniqui: quæ ignorabam, interrogabant me.

Retribuebant mihi mala pro bonis: sterilitatem animæ meæ.

Ego autem cum mihi molesti essent: induebar cilicio.

Humiliabam in ieiunio animam meam: & oratio mea in sinu meo conuertetur.

Quasi proximum, & quasi fratrem nostrum, sic

com-

complacebam: quasi lugens & contristatus sic humiliabar.

Et aduersum me lætati sunt, & conuenerunt: congregata sunt super me flagella, & ignorauit.

Dissipati sunt, nec compuncti, tentauerunt me, subsannauerunt me subsannatione: frenduerunt super me dentibus suis.

Domine quando respicies? restitue animam meam à malignitate eorum, à leonibus vnicam meam.

Confitebor tibi in ecclesia magna: in populo graui laudabo te.

Non supergaudeant mihi qui aduersantur mihi inique: qui oderunt me gratis, & annuunt oculis.

Quoniam mihi quidem pacifice loquebantur: & in iracundia terræ loquentes, dolos cogitabant.

Et dilatauerunt super me os suum: dixerunt, Euge, euge, viderunt oculi nostri.

Vidisti Dñe, ne fileas: Domine ne discedas à me.

Exurge, & intende iudicio meo: Deus meus & Dominus meus in causam meam.

Iudica me secundum iustitiam tuam Domine Deus meus: & non supergaudeant mihi.

Non dicant in cordibus suis, Euge, euge, animæ nostræ: nec dicant, Deuorauimus eum.

Erubescant & reuereantur simul: qui gratulantur malis meis.

I nduan-

Induantur confusione & reuerentia: qui magna loquuntur super me.

Exultent & lætentur qui volunt iustitiam meam: & dicant semper, Magnificetur Dominus, qui volunt pacem serui eius.

Et lingua mea meditabitur iustitiam tuam: tota die laudem tuam. Gloria Patri.

Psalmus 30.

INte Domine speraui, non confundar in æternum: in iustitia tua libera me.

Inclina ad me aurem tuam: accelera vt eruas me.

Esto mihi in Deum protectorem, & in domum refugij: vt saluum me facias.

Quoniam fortitudo mea & refugium meum es tu: & propter nomē tuum deduces me, & enutries me.

Educes me de laqueo hoc, quem absconderunt mihi: quoniam tu es protector meus.

In manus tuas commendo spiritum meum: redemisti me Domine Deus veritatis.

Odisti obseruantes vanitates: superuacue.

Ego autem in Domino speraui: exultabo, & lætabor in misericordia tua.

Quoniam respexisti humilitatem meam: saluasti de necessitatibus animam meam.

Nec conclusisti me in manibus inimici: statuisti in loco spatioso pedes meos.

Mise-

Miserere mei Domine, quoniam tribulor: conturbatus est in ira oculus meus, anima mea, & venter meus.

Quoniam defecit in dolore vita mea: & anni mei in gemitibus.

Infirmata est in paupertate virtus mea: & ossa mea conturbata sunt.

Super omnes inimicos meos factus sum opprobrium & vicinis meis valde: & timor notis meis.

Qui videbant me, foras fugerunt à me: obliuioni datus sum tamquam mortuus à corde.

Factus sum tamquam vas perditum: quoniam audiui vituperationem multorum commorantium in circuitu.

In eo dum conuenirent simul aduersum me: accipere animam meam consiliati sunt.

Ego autem in te speraui Domine: dixi, Deus meus es tu, in manibus tuis fortes meæ.

Eripe me de manu inimicorum meorum: & à persecuentibus me.

Illustra faciem tuam super seruum tuum, saluum me fac in misericordia tua: Domine non confundar, quoniam inuocaui te.

E rubescant impij, & deducantur in infernum: muta fiant labia dolosa.

Quæ loquuntur aduersus iustum iniquitatem: in superbia, & in abusione.

R r r

Quam

Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine:
quam abscondisti timentibus te.

Perfecisti eis, qui sperant in te: in conspectu filio-
rum hominum.

Abcondes eos in abscondito faciei tuæ: à contur-
batione hominum.

Proteges eos in tabernaculo tuo: à contradictione
linguarum.

Benedictus Dominus: quoniam mirificauit miseri-
cordiam suam mihi in ciuitate munita.

Ego autem dixi in excessu mentis meæ: Proiectus
sum à facie oculorum tuorum.

Ideò exaudisti vocem orationis meæ: dum clama-
rem ad te.

Diligite Dominum omnes sancti eius: quoniam ve-
ritatem requirit Dominus, & retribuet abundanter
facientibus superbiam.

Viriliter agite, & confortetur cor vestrum: omnes
qui speratis in Domino.

Gloria Patri.

Psalmus 21.

DEus Deus meus, respice in me, quare me derel-
iquisti? longè à salute mea verba delictorum
meorum.

Deus meus clamabo per diem, & non exaudies: &
nocte, & non ad insipientiam mihi.

Tu

Tu autem in sancto habitas: laus Israël.

In te sperauerunt patres nostri: sperauerunt, & libe-
rasti eos.

Ad te clamauerunt, & salui facti sunt: in te speraue-
runt, & non sunt confusi.

Ego autem sum vermis, & non homo: opprobrium
hominum, & abiectio plebis.

Omnes videntes me, deriserunt me: locuti sunt la-
biis, & mouerunt caput.

Sperauit in Domino, eripiat eum: saluum faciat
eum, quoniam vult eum.

Quoniam tu es qui extraxisti me de ventre: spes
mea ab vberibus matris meæ, in te proiectus sum
ex utero.

De ventre matris meæ Deus meus es tu: ne discef-
feris à me.

Quoniam tribulatio proxima est: quoniam non est
qui adiuuet.

Circumdederunt me vituli multi: tauri pingues ob-
federunt me.

APERUERUNT super me os suum: sicut leo rapiens &
rugiens.

Sicut aqua effusus sum: & dispersa sunt omnia ossa
mea.

Factum est cor meum tamquam cera liquefcens: in
medio ventris mei.

Aruit tamquam testa virtus mea, & lingua meæ

R r r 2

adhæsit

adhæsit faucibus meis: & in puluerem mortis deduxisti me.

Quoniam circumdederunt me canes multi: concilium malignantium obsedit me.

Foderunt manus meas & pedes meos: dirimerunt omnia ossa mea.

Ipsi verò considerauerunt, & inspexerunt me: diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem.

Tu autem Domine ne elongaueris auxilium tuum à me: ad defensionem meam conspice.

Erue à framea Deus animam meam: & de manu canis vnicam meam.

Salua me ex ore leonis: & à cornibus vnicornium humilitatem meam.

Narrabo nomē tuum fratribus meis: in medio ecclesiæ laudabo te.

Qui timetis Dominum, laudate eum: vniuersum semen Iacob glorificate eum.

Timeat eum omne semen Israēl: quoniam non spreuit, neque despexit deprecationem pauperis.

Nec auertit faciem suam à me: & cum clamarem ad eum, exaudiuit me.

A pud te laus mea in ecclesia magna: vota mea reddam in conspectu timentium eum.

E dent pauperes, & faturabuntur, & laudabunt Do-

minum

minum qui requirunt eum: viuent corda eorum in sæculum sæculi.

Reminiscentur, & conuertentur ad Dominum: vniuersi fines terræ.

Et adorabunt in conspectu eius: vniuersæ familiæ gentium.

Quoniam Domini est regnum: & ipse dominabitur gentium.

Manducauerunt, & adorauerunt omnes pingues terræ: in conspectu eius cadent omnes, qui descendunt in terram.

Et anima mea illi viuet: & semē meum seruiet ipsi. Annuntiabitur Domino generatio ventura: & annuntiabunt cæli iustitiam eius, populo qui nascetur, quem fecit Dominus. Gloria Patri.

Psalmus 3.

Domine, quid multiplicati sunt qui tribulant me? multi insurgunt aduersum me.

Multi dicūt animę meę: Nō est salus ipsi in Deo ei⁹. Tu autem Domine susceptor meus es: gloria mea, & exaltans caput meum.

Voce mea ad Dominum clamaui: & exaudiuit me de monte sancto suo.

Ego dormiui, & soporatus sum: & exurrexi, quia Dominus suscepit me.

Non timebo millia populi circumdantis me: exurge Domine, saluum me fac Deus meus.

R r r 3

Quo-

Quoniam tu percussisti omnes aduersantes mihi sine causa: dentes peccatorum contriuisi.

Domini est salus: & super populum tuum benedictio tua. Gloria Patri.

Psalmus 10.

IN Domino confido, quomodo dicitis animæ meæ: Transmiga in montem sicut passer?

Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, parauerunt sagittas suas in pharetra: ut sagittent in obscuro rectos corde.

Quoniam quæ perfecisti destruxerunt: iustus autem quid fecit?

Domini in templo sancto suo: Dominus in cælo sedes eius.

Oculi eius in pauperem respiciunt: palpebræ eius interrogant filios hominum.

Domini interrogat iustum & impium: qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam.

Illet super peccatores laqueos: ignis, & sulphur, & spiritus procellarum pars calicis eorum.

Quoniam iustus Dominus, & iustitias dilexit: æquitatem vidit vultus eius. Gloria Patri.

Psalmus 12.

Vsquequò Domine obliuisceris me in finem? vsquequò auertis faciem tuam à me?

Quamdiu ponam consilia in anima mea: dolorem in corde meo per diem?

Vsque.

Vsquequò exaltabitur inimicus meus super me? respice, & exaudi me Domine Deus meus.

Illumina oculos meos, ne vniquam obdormiam in morte: ne quando dicat inimicus meus, Præualui aduersus eum.

Qui tribulant me, exultabunt si motus fuero: ego autem in misericordia tua speraui.

Exultabit cor meum in salutari tuo, cantabo Domino qui bona tribuit mihi: & psallam nomini Domini altissimi. Gloria Patri.

Oration para despues que estuuiere libre.

Oramus te Deus omnipotens, ut spiritus iniquitatis amplius non habeat potestatem in hoc famulo tuo N. [ò famula tua N.] sed ut fugiat, & non reuertatur: ingrediatur in eum [ò in eam] Domine, te iubente, bonitas, & pax Domini nostri Iesu Christi, per quem redempti sumus, & ab omni malo non timemus, quia Dominus nobiscum est. Qui uiuit & regnat cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti Deus per omnia sæcula sæculorum. R. Amen.

Exorcismo de la casa, en que andan demonios.

EL Sacerdote puesta la sobrepelliz y Estola morada dirà: In nomine Patris, & Filij, &

Spiritus

Spiritus * ſancti. Amen. ¶. Adiutorium noſtrum in nomine Domini. R. Qui fecit cælum & terram. ¶. Dominus vobiscum. R. Et cum ſpiritu tuo.

O remus.

Omnipotens ſempiternæ Deus, qui Sacerdotibus tuis tantam gratiam contuſiſti, vt quidquid in tuo nomine digne, perfecteq; ab eis agitur, à te fieri credatur: quæſumus immenſam clementiã tuam, vt quod modò viſitaturi ſumus, viſites: & quidquid benedicturi bene * dicas: & ad ea quæ acturi ſumus, dexteram tuæ potentiæ extendas: ſintque ad noſtræ humilitatis introitum (ſanctorum tuorum meritis) fuga dæmonum, & angeli pacis ingreſſus. Per Chriſtum. R. Amen.

O remus.

Deus Angelorum, Deus Archægelorum, Deus Prophetarum, Deus Apoſtolorum, Deus Martyrum, Deus Confefſorum, Deus Virginum, & omnium beneuiuentium Deus, & Pater Domini noſtri IESV Chriſti, te inuoco, & nomẽ ſanctum tuũ ac præclaræ maięſtatis tuæ clementiam ſupplex de-poſco; vt mihi auxilium præſtare digneris aduerſus nequiſſimum ſpiritum, vt vbicunq; ſit, audito nomine tuo velociter exeat, & recedat. Per Chriſtum. R. Amen.

Con-

Conjuracion.

A Diuro te ſerpens antique, per iudicem viuorũ, & mortuorum; per factorem mundi, qui habet poteſtatem mittere te in gehennam; vt ab hac domo feſtinus diſcedas. Ipſe tibi imperat maledicte diabole, qui ventis, ac mari, & tempeſtatibus imperauit. Ipſe tibi imperat, qui te de ſupernis cælorum, in inferiora terræ demergi præcepit. Ipſe tibi imperat, qui te retrorſum abire præcepit. Audi ergo ſatana, & time, & victus, & proſtratus recede, adiuratus in nomine Domini noſtri IESV Chriſti. Qui venturus eſt iudicare viuos, & mortuos, & ſæculum per ignem. R. Amen.

Deſpues el Sacerdote dirã de los quinze Pſalmos graduales, los cinco primeros, roziando en el inter con agua bendita los lugares de la caſa. Pſal. Ad Dominum cum tribularer. Pſal. Leuauit oculos meos. Pſal. Lætatus ſum. Pſal. Ad te leuauit oculos meos. Pſal. Niſi quia Dominus erat in nobis, cada vno con Gloria Patri, y acabados dirã, Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. ¶. Et ne nos inducas. R. Sed libera. ¶. Domine exaudi. R. Et clamor. ¶. Dominus vobiscum. R. Et cum ſpiritu tuo.

O remus.

Domum tuam Domine clementer ingrede-re: & in tuorum cordibus fidelium, perpetuã

S s s

tibi

tibi construe mansionem: & præsta, vt in hac domo, nulla malignorum spirituum dominetur nequitia. Per Christum. R. Amen.

Despues se diran los otros cinco Psalmos roziando tambien en el inter los lugares de la casa. Psalm. Qui confidunt. Psalm. In conuertendo. Psalm. Nisi Dominus. Psalm. Beati omnes. Psalm. Sæpe expugnauerunt, cada qual con Gloria Patri. Luego dirá. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. V. Et ne nos. R. Sed libera. V. Domine exaudi. R. Et clamor. V. Dominus vobiscum. R. Et cum.

Oremus.

Omnipotens sempiternæ Deus, qui in omni loco dominationis tuæ totus assisistis, totus operaris: adesto supplicationibus nostris, vt huius domus sis protector, & nulla hinc nequitia contrariæ potestatis obsistat: sed (virtute Spiritus sancti & operatione) fiat tibi hinc primum seruitium, & deuota libertas existat. Per Christum. R. Amen.

Despues se diran los otros cinco Psalmos restantes, roziando assi mismo, como arriba, los lugares de la casa con agua bendita. Psalm. De profundis. Psalm. Domine non est exaltatum. Psalm. Memoro Domine Dauid. Psalm. Ecce quam bonum. Psalm. Ecce nunc. Cada vno cõ Gloria Patri: yacabados dirá. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. V. Et ne nos. R. Sed libera. V. Do-

mine

mine exaudi. R. Et clamor. V. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Deus qui in omni loco dominationis tuæ, custos, & protector assisistis: exaudi nos quæsumus; vt inuiolabilis huius domus permaneat benedictio, & beneficia tui muneris, yniuersitas quæ supplicat, mereatur. Per Christum. R. Amen.

Despues leera el siguiente Euangelio en el principal lugar de la casa. V. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo. V. Sequentia Sancti Euangelij secundum Lucam. R. Gloria tibi Domine.

In illo tempore. Ingressus Iesus, perambulabat Iericho. Et ecce vir nomine Zachæus: & hic erat Princeps Publicanorum, & ipse diues. Et quærebat videre Iesum, quis esset; & non poterat præ turba, quia statura pusillus erat. Et præcurrens ascendit in arborem sycomorum, vt videret eum, quia inde erat transiturus. Et cum venisset ad locum, suspiciens Iesus, vidit illum, & dixit ad eum. Zachæe festinans descende: quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinans descendit: & excepit illum gaudens. Et cum viderent omnes, murmurabant, dicentes, quod ad hominẽ peccatorem diuertisset. Stans autẽ Zachæus, dixit ad Iesum. Ecce dimidium bonorum meorum, Dñe, do pauperib⁹: & si quid aliquẽ defraudaui, reddo quadruplũ. Ait Iesus ad eum. Quia hodie salus domui huic facta est: eo quod & ipse sit filius

S s s 2

Abra-

Abrahæ. Venit enim filius hominis quærere, & saluū
facere quod perierat. *R.* Laus tibi Christe: Despues

se bendezira el incienso desta manera.

Per intercessionem beati Michaelis Archangeli,
stantis à dextris altaris incensi, & omnium electorū
suorum: incensum istud dignetur Dominus bene-
dicere, & in odorē suauitatis, accipere. Per Chri-
stum Dominum nostrum. *R.* Amen.

Despues el Sacerdote pondrà el incienso sobre las
brasas, y incensarà la casa diziendo.

Incensum istud à te benedictum, ascendat ad te Do-
mine: & descendat super nos misericordia tua. *V.*
Dominus vobiscum. *R.* Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Visita quæsumus Domine habitationem istā,
& omnes insidias inimici ab ea longè repelle;
Angeli tui sancti habitent in ea, qui nos in pace cu-
stodiant: & benedictio tua sit super nos semper. Per
Dominum nostrum **I E S U M** Christum. *R.* Amen.

Despues bendezira la casa, y a los moradores della
diziendo, Benedictio Dei omnipotentis Pa-
tris, & Filij, & Spiritus sancti descendat super hanc
domum, & omnes habitantes in ea, & maneat sem-
per. *R.* Amen: y roziela a ella y a ellos con agua
bendita.

DE

DE VISITATIONE ECCLESIAE PARO- CHIALIS.



Orden que se ha de guardar en la visita de
las Iglesias Parroquiales deste
Arçobispado.




QVANDO El Prelado llegare a visitar
la Iglesia Parroquial de alguna ciudad
villa, o lugar desta Diocesi, preuenida
la Cruz, ciriales, palió, y vna alhombra
o otro paño a proposito q̄ se ha de poner delante de
la puerta de la ciudad, o lugar, el Clero con el pue-
blo saldran en procession hasta ella, y allí recebiran
al Prelado. Y el Sacerdote mas digno y preeminen-
te de aquella Iglesia, vestido con amicto, alba, cin-
gulo, estola, y capa mas preciosa que allí huuiere, le
darà a besar la Cruz, la qual adorarà el Prelado es-
tando arrodillado: y leuantado, la procession bol-
uerà àzia la Iglesia, lleuando la Cruz de la Parro-
quia delante, siguiendole el Clero, y tras el la Cruz

Ex P6-
tisc.
Rom.


S s s 3

Arçob-


Arçobispal, y el Prelado despues della debaxo del palio, que han de llevar las personas mas preeminentes del gouierno. Y al partir la procession, entonarà el Clero la Antiphona siguiente.



Sacer dos & Pon ti fex, & vir-



tu tum opi fex, pa stor bo ne in



po pu lo o ra pro no bis Do mi nū.

En el inter se proseguira la Antiphona, y acabada se podran cantar algunos Himnos, como son Veni creator, que se pone adelante, o otros, hasta llegar a la Iglesia.

Auiendo llegado a la puerta della, el Preste que lleuare la capa, descubierta la cabeça darà el hissopo con agua bendita al Prelado, el qual se rociará a si mismo, y despues a los circunstantes. Luego el mis-

mo

mo Preste tomarà la naueta del incienso, y teniendo otro Sacerdote, Clerigo, o Sacristan con sobrepelliz el incensario, la ofrecerà al Prelado, el qual pondrà incienso en el incensario, y tomándole el Preste, incensará con el al Prelado (que ha de estar en pie, y descubierta la cabeça) en la forma acostumbriada. Hecho esto, caminarà la procession hasta el altar mayor de la Iglesia, y delante de la grada inferior del, arrodillado el Prelado en el sitial (que ha de estar preuenido alli) harà oracion, y en el inter el Preste estando en pie, y descubierta la cabeça, en la parte de la Epistola, y buuelto azia el Prelado, dirà el
 V. Protector noster aspice Deus. R. Et respice in faciē Christi tui. V. Saluum fac seruum tuum. R. Deus meus sperantem in te. V. Mitte ei auxilium de sancto. R. Et de Sion tuere eum. V. Nihil proficiat inimicus in eo. R. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. V. Domine exaudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te veniat. V. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

O remus.

Deus humilium visitator, qui eos paterna dilectione consolaris, in quibus habitas; præ-tende societati nostræ gratiam tuam, vt in nobis tuum sentiamus aduentum. Per Christum, &c.
 R. Amen.

Acaba-

Acabada la oracion, leuantado en pie el Prelado, subira desde el sitial al Altar, y auendolo besado en medio, bendezira solenemente al pueblo.

Luego, si fuere hora cōpetente, dirà Missa, o otro Sacerdote en su lugar: y al tiempo acostumbrado del sermon, se leera el edicto ordinario de la visita, y leido (si huuiere de auer sermon) se predicarà: y luego el mismo Prelado sentado junto al Altar, pondra al pueblo las causas y fines de su venida y visita, en conformidad de lo que adierte el Pontifical Romano en este particular. Y acabado, y dicha la confesion general por el pueblo, el Prelado le dara la absolucion, y indulgencia acostumbrada.

Despues se vestira con el amicto, estola y capa de color morado, o negro, con Mitra simple: y estando en pie, y puesta la Mitra, junto al Altar, y buelto àzia el pueblo, empearà la Antiphona, **Si iniquitates, &c.** y luego con sus ministros o capellanes, dirà el Psalmo **De profundis. 129.** como està arriba pag 251. y acabado dirà toda la Antiphona, **Si iniquitates:** y dicha dexando la Mitra, dirà, **Kyrie eleison, Chhriste eleison. Kyrie eleison. Pater noster.** El qual se dirà en secreto hasta el vers. **Et ne nos.** Y en el inter que se dixere, tomando el hissopo cō agua bendita, roziarà tres vezes delante de si el suelo. Luego auiendo puesto incienso en el incensario, y bendezidole, incensarà de la misma manera tres vezes:

y hecho

y hecho esto, dirà en voz. **ŷ.** Et ne nos inducas in tentationem. **Re.** Sed libera nos à malo. **ŷ.** In memoria æterna erunt iusti. **Re.** Ab auditione mala nō timebunt. **ŷ.** A porta inferi. **Re.** Erue Domine animas eorum. **ŷ.** Requiem æternam dona eis Domine. **Re.** Et lux perpetua luceat eis. **ŷ.** Domine exaudi orationē meam. **Re.** Et clamor meus ad te veniat. **ŷ.** Dominus vobiscum. **Re.** & cū spiritu tuo.

O remus.

Deus, qui inter Apostolicos Sacerdotes famulos tuos Pontificali fecisti dignitate vigere; præsta, quæsumus, vt eorum quoque perpetuo aggregentur consortio. Per Christum Dominum nostrū. **Re.** Amen.

Luego lleuando delante el acetre del agua bendita con el hissopo, y el incensario, la Cruz y los acolitos con los ciriales y el Clero, que ha de cantar el Responsorio, **Qui Lazarum,** como arriba pag. 275. en el inter que se va a el, el Prelado puesta la Mitra, acompañado de sus ministros, dirà la Antiphona **Si iniquitates,** con el Psalmo. **De profundis,** arriba citados: y auendolo dicho, y repetido la Antiphona, **Si iniquitates** enteramente, y llegado al medio del Cementerio por su orden, el Clero cantará el Responf. **Libera me Domine,** que se puso arriba, pag. 306. En el inter el Prelado, ofreciendole la naueta el mas preeminente del Clero, y teniedo otro Sacerdote, o ministro el incensario, pondra incienso en el, en la forma acostumbrada: y auiedose repetido el Resp hasta el Vers. primero, el Clero cantara **Kyrie eleison Chhriste eleison. Kyrie eleison,** y aqui el Prelado dexada la Mitra, dirà en voz conueniente, **Pater noster,** y en el inter roziarà y

T t t

incen-

incensará en la forma que lo hizo en la Iglesia: y hecho así, dirá el *ψ*. Et ne nos inducas in tentationem. *℞*. Sed libera nos à malo. *ψ*. In memoria æterna erit iustus. *℞*. Ab auditione mala non timebit. *ψ*. A porta inferi. *℞*. Erue Domine animas eorū. *ψ*. Requiem æternam dona eis Domine. *℞*. Et lux perpetua luceat eis. *ψ*. Domine exaudi orationem meam. *℞*. Et clamor meus ad te veniat. *ψ*. Dominus vobiscum. *℞*. Et cum spiritu tuo.

O remus.

DEus, qui inter Apostolicos Sacerdotes famulos tuos Pontificali fecisti dignitate vigere; præsta, quæsumus, vt eorū quoque perpetuo aggregentur consortio.

D eus veniæ largitor, & humanæ salutis amator, quæsumus clementiam tuam, vt nostræ congregationis fratres, propinquos, & benefactores, qui ex hoc sæculo transferunt, beata Maria semper virgine intercedente, cum omnibus sanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis consortium peruenire concedas.

D eus, cuius miseratione animæ fidelium requiescunt, famulis & famulabus tuis omnibus hic, & ubiq; in Christo quiescentibus, da propitius veniam peccatorum; vt acutis reatibus absoluti tecū, sine fine latentur. Per Christū Dominū nostrū. *℞*. Amē.

ψ. Requiem æternam dona eis Domine.

℞. Et lux perpetua luceat eis.

Luego dos cantores entonaran el *ψ*. Requiescant in pace. *℞*. Amen.

Enton-

Entonces el Prelado haziendo la señal de la Cruz con la mano derecha sobre el Cementerio, lo bendezira: y luego puesta la mitra, bolueran con el mismo orden a la Iglesia, y el Clero en el inter dirá en voz mediana el Psal. *Miserere mei Deus*, &c. como arriba pag. 133, con *R* *equiæ æternæ* al fin; y el Prelado también en voz baxa con sus ministros, o capellanes. Y auendolo dicho, y bueltos a la Iglesia, estando el Clero en forma de coro delante el Altar mayor, y el Prelado en el medio en pie, y sin mitra, buelto azia el Altar dirá, *K* *yrice eleison. C* *hriste eleison. K* *yrice eleison. P* *ater noster. ψ*. Et ne nos inducas in tentationem. *℞*. Sed libera nos à malo. *ψ*. A porta inferi. *℞*. Erue Domine animas eorum. *ψ*. Domine exaudi orationem meam. *℞*. Et clamor meus ad te veniat. *ψ*. Dominus vobiscum. *℞*. Et cum spiritu tuo.

O remus.

ABsolue quæsumus Domine, animas famulorū famularumque tuarum, ab omni vinculo delictorum, vt in resurrectionis gloria inter Sãctos, & electos tuos resuscitati respirent. Per Christum Dominum nostrum. *℞*. Amen.

Hecho esto, dexando el Prelado la capa y Estola morada, o negra, se vestira la blanca, y empezara la visita por el santissimo Sacramento de la Eucaristia, que estara reseruado en el tabernaculo del altar: y poniendo primero incienso en el incensario, sin bendicion, teniendo la maneta el Preste (como se dixo arriba) y otro Sacerdote, o ministro el incensario, yabierto el sagrario, podrá el vaso o arquilla del santissimo Sacramento sobre el altar, y le incensará estando de rodillas, y sin mitra, tres vezes, como se

T t t 2

acostum-

acostumbra, luego se levantará en pie, y subirá à reconocer si el santissimo Sacramento está bien guardado, y cõ seguridad en el sagrario, y deuida limpieza, y si ay cuydado en su renouacion, &c. Y reconocido esto, y hecha genuflexion, pondrà sobre el Altar en vna patena la Hostia mayor, la qual mostrarà al pueblo, levantandola en alto para que la adore, y en el inter el Clero cantará el Hymne Pange lingua, como arriba pag. 432. y luego el V. Panem de cælo præstitisti eis. R. Omne delectamentum in se habentem, y el Prelado dirà la oraciõ, Deus qui nobis, &c. como arriba pag. 436.

Despues desto, encerrará el santissimo Sacramento en el sagrario, y hecho, irá a visitar la fuente, ò pila baptismal, acompañado del Clero y pueblo en procession, con la Cruz, ciriales y incensario: y vn Sacerdote llevará las crismeras con el crisma, oleo santo de los catecumenos (si ya no se guardasse dentro, ò junto a la pila) y el de los enfermos: y mientras caminaren a la pila, el clero cantará la Antiphona siguiente.

Sicut ceruus de fide-
ra t ad fontes aqua-
rum,

rum, i ta de-
fi de rat a nima me a ad te
De u. s. Vers. Si ti-
uit a ni ma me a
ad De um fontem vi ui
m, quando ve ni am, &
Ttt 3 appare-

appa re bo ante
 fa ci em De i me i?
 Verf. Fu e rūt mi hi lacry-
 mæ me æ panes di e
 ac no cte, dū di ci tu-
 r mi hi per singulos di es,

vbi

v bi est De us tu-
 u i s?
 O se cā
 rā el
 Hym-
 no.
V Eni Cre a tor Spi ri tus, men-
 tes tu orum vi sita, imple su per na
 gra ti a quæ tuere a sti pecto ra.
 Y auiedo llegado a la pila, y puesto por el Prelado in-
 cienso en el incensario, como se ordenò arriba, alli mis-
 mo sobre ella, visitará los vasos del crisma, y de ambos
 oleos, y reconocerá la limpieza y cuydado cō que se tiene
 el agua baptismal, y lo demas que aduierde el Pontifical

en

en este caso. Luego dirà el *v.* Spiritus Domini repleuit orbem terrarum. *Re.* Et hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis. Despues dirà el Prelado Dominus vobiscum. *Re.* Et cum spiritu tuo.

O remus.

DEus qui corda fidelium, Sancti spiritus illustratione docuisti, da nobis in eodē spiritu recta sapere; & de eius semper consolatione gaudere.

DEus qui diuersitatem gentium, in confessione tui nominis adunasti; da vt renatis fonte baptismatis, vna sit fides mentium, & pietas actionum.

Ecclēsiæ tuæ quæsumus Domine preces, placatus admitte; vt destructis aduersitatibus, & erroribus vniuersis, secura tibi seruiat libertate. Per Christum, &c. *Re.* Amen.

Auiendose visitado la pila, crisma y oleos, podrá proseguir la visita en conformidad de lo que ordena el Pontifical, y dispone el Derecho.

Y en caso que el Prelado no visitare personalmente la Diocesi, sino su Visitador, dexada la procesion del recibimiento, se harà todo lo demas como arriba està aduertido.

LAUS DEO,
VIRGINIQ. MATRI MARIÆ.
AMEN.

INDICE DESTE MANUAL.



ORDEN Para bendezir el agua, pag. 1.

Orden para el Aspersorio del agua en los Domingos, pag. 4.

Orden que han de guardar los Curas para declarar al pueblo los dias de fiesta, y ayunos de precepto, pag. 6.

De ijs quæ in Sacram. adminif. generaliter seruanda sunt, pag. 9. Reglas.

De Sacramento Baptismi rite administrando, pag. 14. Reglas.

Orden para bendezir el agua de la pila baptismal quando faltare la que se bendixo los Sabados de Pascua, y Pentecostes, pag. 22.

Orden para baptizar las criaturas, pag. 30.

Bendicion de la sal, pag. 32.

De Baptismo Adulorum, pag. 46. Reglas.

Orden para baptizar los Adultos, pag. 48.

Bendicion de la sal que se ha de dar al Catecumeno adulto, pag. 58.

Orden de suplir los ritus y ceremonias en el que se baptizò sin ellas, pag. 72.

Indice de este Manual.

- Reglas. De Sacramento Pœnitentiæ, pag. 75.
- Reglas. Ordo ministrandi sacramentū Pœnitentiæ, p. 76.
- Absolutionis forma*, pag. 79.
- De absolutione ab excommunicatione in foro exteriori*, pag. 80.
- Ritus absoluendi excommunicatū iā mortuū*, p. 83.
- De modo absoluendi à suspensione, vel ab interdicto, extra vel intra Sacramentalē confessionem*, p. 85.
- De interdicto*, pag. 86.
- De cessatione à diuinis*, pag. 88.
- Casus reseruatī summo Pontifici*, pag. 90.
- Casos reseruados al Prelado en este Arçobispado*, pag. 93.
- Reglas. De sanctissimo Eucharistiæ Sacramento, pag. 94.
- Orden para dar la sagrada comunión*, pag. 100.
- Reglas. De communione Paschali, pag. 104.
- Reglas. De communione infirmorum, pag. 105.
- Orden para llevar el santissimo Sacramento*, p. 107.
- Reglas. De Sacramento extremæ Vnctionis, pag. 116.
- Orden para administrar el Sacramento de la extrema Vnction*, pag. 118.
- Septem Psalmi Pœnitentiales cum litanis*, p. 129.
- De la visita de los enfermos, y cuydado que se ha de tener dellos*, pag. 147.
- Orden y forma de ayudar a bien morir*, pag. 164.
- Otro modo de ayudar a bien morir de Iuan Gerson in Tripartito*, pag. 168.

Oracio-

Indice de este Manual.

- Oraciones breues para la hora de la muerte*, p. 172.
- Ordo commendationis animæ*, pag. 174.
- De exequijs*, pag. 200.
- Reglas. *Quibus non liceat dare Ecclesiasticam sepulturam*, pag. 203.
- Orden para hazer los entierros, eadem* pag. 203.
- Orden para bendezir la sepultura*, pag. 218.
- Orden para enterrar los Sacerdotes*, pag. 219.
- Del entierro de las Criaturas*, pag. 234.
- Orden para enterrar las criaturas*, pag. 235.
- Forma de hazer las exequias estando ausente el cuerpo del difunto, y en el dia tercero, septimo, treinta, y Aniuersario*, pag. 244.
- Officium defunctorum*, pag. 247.
- Ad Vesperas*, pag. 248.
- Ad Matutinum*, pag. 261.
- Ad Laudes*, pag. 308.
- De Sacramento matrimonij*, pag. 319.
- Reglas. *De las ceremonias con que se ha de administrar el matrimonio*, pag. 324.
- Forma de contraber los desposorios*, 328.
- Del orden que se ha de guardar para contraber el matrimonio en virtud de poderes*, pag. 330.
- Forma para ratificar el matrimonio contrahido por procurador*, pag. 332.
- De las ceremonias con que se han de hazer las bendiciones nupciales*, pag. 336.

J 2

Ben-

Indice deste Manual.

- Bendicion de las arras y anillo, eadem. 336.
Bendicion que se da a las paridas, pag. 344.
Reglas generales para las bendiciones, pag. 346.
De la bendición de las candelas entre año, fuera del
dia de la Purificación de nuestra Señora, pag. 348.
De la bendicion que se da a las casas el Sabado san-
to de la Pascua, pag. 349.
Otra bendicion para las casas para otro tiempo, con
rozio de agua bendita, pag. 350.
Bendicion de algun lugar, pag. 351.
Otra bendicion de casa nueva, pag. 352.
Bendicion del talamo, eadem 352.
Bendicion de naue nueva, pag. 353.
Bendicion comun sobre las mieses y viñas, pag. 354.
Bendicion para los peregrinos que han de ir a la
tierra Santa, eadem.
Bendicion de los peregrinos despues de su buelta,
pag. 357.
Bendiciones de comida principalmente en la Pas-
cua, pag. 359.
Bendicion del Cordero Pascual, eadem.
Bendicion de los huevos, pag. 360.
Bendicion del pan, eadem.
Otra bendicion del pan, pag. 361.
Bendicion de los frutos nuevos, eadem.
Bendicion para qualquier cosa de comer, pag. 362.
Bendicion de azeyte liquido, eadem.

Bendi

Indice deste Manual.

- Bendiciones que tocan a los Obispos, o a otros por
especial facultad, pag. 363.
Bendicion de las vestiduras Sacerdotales en gene-
ral, eadem pag. 363.
Bendicion de las toallas o mäteles del Altar, p. 365.
Bendicion de los Corporales, pag. 366.
Bendicion del Tabernaculo, o vaso para reseruar
el Sacramento, pag. 367.
Bendicion de Cruz nueva, pag. 368.
Bendicion de las imagenes de Iesu Christo, y de la
Virgen santa Maria, pag. 369.
Forma y ritu que ha de guardar el Sacerdote a
quien el Obispo cometiere la bendicion y impo-
sicion de la primera piedra de alguna Iglesia,
pag. 370.
Forma y ritu de bendezir la Iglesia nueva, o ora-
torio publico para que se pueda celebrar en el,
pag. 377.
Forma y ritu de reconciliar la Iglesia violada, y que
no está aun consagrada por el Obispo, pag. 383.
Forma y ritu de bendezir el cementerio nuevo,
pag. 387.
Orden para reconciliar el cementerio violado,
pag. 390.
Bendicion para expeler de los campos la langosta,
el pulgon, y otros animales nociuos, pag. 392.
Para las aguas inficionadas, pag. 394.

3

Bendi-

Indice deste Manual.

Bendicion para la tierra sembrada o plantada,
pag. 397.

Bendicion para los animales enfermos, pag. 398.

Reglas. De procesionibus, pag. 399.

De la procesion del dia de la Purificacion de nue-
tra Señora, pag. 340.

De la procesion que se haze el Domingo de Ra-
mos, pag. 407.

De la procesion de las Letanias mayores en el dia
san Marcos, pag. 427.

De la procesion del dia de Corpus Christi., pagi-
na 430.

De la procesion para pedir lluvia, pag. 437.

Procesion para pedir serenidad, pag. 439.

Preces para ahuyentar la tempestad, pag. 441.

Preces que se han de dezir en tiempo de penuria y
hambre, pag. 443.

Procesion para tiempo de mortandad y peste, pa-
gina 445.

Preces que se han de dezir en las letanias en tiempo
de guerra, pag. 446.

Procesion para en qualquier tribulacion, pagi-
na 451.

Preces que se han de dezir en las procesiones de
gracias, pag. 453.

De la procesion que se haze en la traslacion de
las sagradas reliquias insignes, pag. 462.

De

Indice deste Manual.

De Exorcismis.

Exorcismo contra la tempestad que amenaza rayos y
granizo, pag. 463.

De Exorcizandis obsessis à dæmonio, pag. 465.

Exorcismo de la casa en que andan demonios, pag.
501.

De visitatione Ecclesie Parochialis, pag. 507.

Orden que se ha de guardar en la visita de las Igle-
sias Parroquiales deste Arçobispado, eadem
pag. 507.



ERRATA S.

De los numeros de las paginas se han de
emendar los siguientes.

Despues de la pag. 125. emienda las siguientes que digan
sus numeros, 126. y 127. despues de la pag. 212. emien-
da el de la siguiente, que diga 213. y despues de la 399.
emienda el de la siguiente que diga 400. y despues de la 429.
emienda el de la siguiente, que diga 430. y despues de la 469.
emienda el de la siguiente que diga 470. y despues de la 506. aña-
diras a la que se le sigue el numero 7. que le falta para hazer
507. y despues de la 508. emendaras el de la siguiente, que di-
ga. 509.

ERRA

ERRATAS DEL TEXTO.

EN la pagina 88.lin.7.ibi (vt mortis,emienda (vt moris.en la 111.en la lin.6.borra las palabras, en mis manos, y en su lugar pega estas, de administraros. en la 254.lin. vlti. borra las palabras Gloria Patri & Filio, y en su lugar pega estas, Requiem æternam,&c. En la 347. lin. 9. suplicas que faltan despues del ψ. Adiutorium,&c. el ϩ. Qui fecit, &c. y el ψ. Dominus vobiscum. antes del ϩ. Et cum spiritu tuo.

Aduierta la persona que ha de cuydar de la encuadernacion y distribucion deste Manual en este Arçobispado, que quando se diere cada cuerpo al encuadernador, juntamente con el se le han de dar las palabras que van impressas aparte, para que las pegue en cada cuerpo en los lugares que van notados en las erratas del texto de arriba.

